INSIGNA VNVM DOMINI DECENTIA, CVM SYMBOLIS HIEROGLYPHICIS: PHILIPPVM HEINHOFERVM

CHRISTVS VITA AVXILII FE[...]

MORI LVCRVM. [...]RIT AS ÆMVLA.

Cum Deo.

JOHANNIS REMMELINI SVEVO-VLmensis, Philosophiæ & Medicinæ Doctoris,

CATOPTRUM MICROCOSMICUM,

SVIS ÆRE INCISIS VISIONIBVS SPLENDENS, CVM HISTORIA, & Pinace, de nouo prodit.

Ecclesiast. 10. Cap. 12. vers. & seq.

Μακρὸν ἀῤῥώστημα κόπτει ἰατρὸς καὶ βασιλεὺς σήμερον καὶ αὔριον τελευτήσει.
Ἐν γὰρ τὸ ἀποθανεῖν ἄνθρωπον, κληρονομήσει ἑρπετὰ, θηρία καὶ σκώληκας.

Augustæ Vindelicorum,
Typis Dauidis Francki, ANNO,
M. DCXIX.

VITAM NVDI INGREDIMVR

VITA NVDI EGREDIMVR

MEMENTO MORI

Nosce teipsum

Respice finem

CANDIDIS ARTIVM ET PHILOSOPHIÆ AMATORIBVS, APOLlineisque Myſtis, ac Lectoribus exoptatiſsimis, ſalutem plurimam dicit Author.

ARDVVM at non exorato ſine Numinis ſuffragio laborem hunc extitiſſe SPECTATOR ÆQVE, Catoptrum ſeu Speculum præſens ceu viva imagine Hominis corpus repræſentans, propalabit. Eſt autem ut de Operis inſcriptione, Conſtructionis ratione, & Editionis cōditione, Lectorem candidum paucis admoneam. Inſcribitur CATOPTRVM MICROCOSMICVM, cum in eo ceu Speculo, Mundus parvus, qui Homo eſt, contueatur. Nam inſtar ſpeculi quod elegantiam vel turpitudinem aliâs velatam aperit, & miracula, rem ſcilicet multipliciter, inverſam, iuſto maiorem, per multa milliaria diſtantem &c: pandit, Hominis decus dedecusq; monſtrat, & mole parva, latere univerſa oſtendit, ſiquidem Catoptrum hoc conficiens in Hominis pegmate mundum magnum, ſcibile omne, & ipſum me Deum contemplari ſuſpicabar, quia hîc τέχνη καὶ σοφία μεγίστη, imò & admiranda & inperſcrutabilia omnipotentis Dei Opificis ſapentiſsimi opera, ut dubitem ullum inveniri, qui Hominis contemplatione attonitus non reddatur, & magiſterium tàm excellens, ἄνευ σοφωτάτου καὶ δυνατωτάτου δημιουργοῦ, extare poſse credat. Hinc quosvis præſtantia tali motos, & cognitionis dulcedine allectos, doctrinæ hoc genus ulnis ambabus amplexuros, nec Operis inſcriptionem reprehenſuros fore, confido. Conſtruitur Catoptrum Microcoſmicum ex ſplendentibus tribus aurichalco inciſis Viſionibus, pluribus varijs Figuris refertis Faciebus conſtantibus, quæ juſta proportione, veroq; naturali ſitu, in Maſculi Femellæ & Infantis effigie, omnes externas internasq; Hominis partes videndas exponunt, additis ſua Hiſtoria Microcoſmographica tactas partes deſcribēte, & Pinace, literas & characteres Figuris inſculptas explicante, quò primis lineis ſaltē mirabilis Corporis humani ſtructura depingatur, ſiquidē eximijs Excellentiſsimorum, quorum honos virtutis perpetuus, ſedulò hanc in materiam inquirentium ſcriptis & laboribus illuſtrari opus habent. Vnde natus hic mea lucubratione labor aliorum vigilias & opera ut negligantur non obfuſcabit ſed potius bona ingenia ad ea nunc diligentius multò & acuratioris & exquiſitioris doctrinæ intellectusq; gratia legenda evolvenda & inſpicienda excitabit, quò hîc fabrè picta quidem, at graphicè haud deſcripta, ex illis tanquam artificioſis ſectionibus & commentarijs abſolutiſsimis obſerventur annotentur intueantur. Et quanquam ſatis abundanter minutiora etiam Pinax denominet, & omnium partium formam Picturæ monſtrent; attamen nemo perſuaderi ſibi patiatur, ut ab oculari inſpectione avocetur, ſiquidem ex αὐτοψίᾳ ac quæ alijs medijs abſolutam Hominis partium cognitionem nanciſcendi omnibus antecellit, hæc modò lumen purum, cum partes non viſę & manu palpatę verè luce neceſſaria deſtituantur accipiunt, quantumvis deſcriptiones longæ & accuratæ ſint, & modò ſciat Lector, in Catoptri Viſionibus (1) Facies numeris, earum Figuras majuſculis literis, & Figurarum partes literis minoribus ſignari, easq; literas minores ſerie alphabeti deducta reiterari, adjecto quandoq; ántè retrò vel utrobiq; puncto aut colo, nec non plura hinc inde ſine literali nota, propterea quod alibi indicata eſsent, literarumq; multitudo nimis aliâs Spectatorem interturbâſset, conſpici; & (2) in Facie 1 Viſionis 2 & 3 Figuras B. C. F. ut commodius perluſtrentur, eximi poſse, quæ rurſum ritè locentur, ſi diaphragma coſtis aptatum, pulmonibus cum corde in thoracis cavitate abditis, & œſophago impoſitis, ſuperjaceat, & in abdomine inferior omenti pars diaphragmatis proceſsibus inſternatur, at ſuperior pars ventriculi fundum integat, & tandem intra omentum inteſtina cum utero in mulieribus contineantur, extra verò veſica urinaria imponatur, & ſingula peritonæo contegantur; ac (3) plures Facies ad lubitum & chartæ capacitatem, reliquas lucidius reddentes, aſsculptas eſse. In Hiſtoria verò Microcoſmographica margine proximo quæ loco dilucidando conveniunt addita, margine verò exteriore notatu digniora aſcripta, at Indicibus, uno, omnia in Pinace unam quæ ſpectant partem inquirenda, altero, res & verba totius Operis principaliora inſerta eſse. Hieroglyphica hinc inde conſpicua ſibi quid velint, Prolegomenum juxta finem aperiet. Editur Catoptrum Microcoſmicum præcox ſerotinumq; debito neglecto tempore. Nam ſtudijs cum applicabatur animus humanioribus à juventute è varia arte & ſcientia ſelectiora conſcribere, breviſsimis ſignare, & quæ addenda proprio Marte data erant, adjicere conſuevi, ſiquidem vis naturæ in hominibus tam non effœta, ut noſtræ induſtriæ Majorum inventa viam occluſerint, parere ex ſeſe quod veritatem ſi non demonſtret, parumper ſolum è longinquo juvet. Hinc in Anatomicis idipſum cum præſtarem, & Catoptrum hoc conſtruerem, illud per aliquot annos maculis ſuis detergendum prævidi; verùm medica quotidiana praxi indies creſcente impeditus, impolitum opus ſemper reliqui, maximè, quia de ejus publicatione nunquam cogitabam, ſed ſaltem ut ego ſolus multa paucis concluſa introſpicerem, & brevibus in memoriam varia revocarem, eoq; me ipſum delectarer; at contingit, ut collati amicorum ſermones Catoptrum hoc & videndum & tradendum ita extorſerint, quò dein ſuaſu & impenſis ipſorum, publica luce, neſciente me, frui, & ut precox fructus guſtari cœperit. Verùm meum Catoptrum recognoſcens poſtmodum, non modò defectibus mihi prius notis, & ſaltem majorem Operis in conficiendo & aſsequendo facilitatem concernentibus, qui ac leviores tulerentur, abundare, ſed & erroribus cęlando & imprimendo commiſsis pluribus, correctione additione & expunctione opus habentibus, minimè ferendis, ſcatere, deprehendi. Vnde quantum in me totum tùm temporis opus ſupprimere conatus fui, at conatibus iſtis plurimorum indeſinens Catoptri quibus innotuit prius deſiderium pręvaluit, vt citrà voluntatem (factum enim infectum fieri nequibat) in vulgus extret, debito & conveniente neglecto ſic tempore. Quia verò exiguo intercedente intervallo diſtractis exemplaribus omnibus, quis tùm ſumptus facieris, de novo eos impendere conſtituit, mihiq; limam addere, at difficulter perſuaſit; Igitur ſerotinum, Candidè Lector, accipies nunc fructum, ad cujus plantam irrigandam invitus acceſsi, at ne recuſatione priſtinis mendis lux pateat, quæ antè 14. annos meditatus eram, reſumpſi, revidi, & vt alio plaudeant habitu operam dedi. Qui ergò præcox ſerotinusq;, Deo ſic diſponente, abſcerptus erat fructus, vt Spectatori, qui hiſce conatibus ignoſcere, meq; ſibi commendatum habere dignetur, ſapiat, & ſubſcripta heptadiſticha duo priori etiam editione appoſita, non ſine ratione hîc rurſum addita boni conſulet, precor. Vale.

ANAGRAMMATISMVS SYMBOLICVS,
Literis ijs, qui nomen Authoris figurant, æquipollens.

Deus Emmanuel, rector, non Limos ſinis.
Ioannes Remmelinus Vlmenſis Doctor.

MI Deus Emanuel ſpes unica & ultima mentis
Sollicita, ad te ſunt vota levata mea.
Interiora Hominis qui conſpicis omnia rector
Qui Deus & renes cordaq; cuncta probas,
Me labor ærumnæq; graves ſine fine fatigant,
Et nulla miſerum parte valere volunt
At defendis ab hoſtibus electos tibi; merſos
NON LIMOS *curis triſtibus eſſe* ſinis.
Quæſo igitur ne me Deus optime deſere tali
Tempore præcipuè quò aſſtriendus ero.
Sed demulceat ut mentem mihi MVSICA triſtem
Effice, dulce canens vocuia dulce ſonans;
Mentem Vnus Solatur Ieſus Chriſtus Amore
Qui Deus eſt vita præſidiumq; mea.



INVIDORVM PROSAPIAE,
Heſiodum in ergis vera dixiſſe indicatur, at, ut ita liveant, diſuadetur.

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

ZOile qui carpens hæc, noſcas, noſce tua, atq;
Sic inceſſere fas omnia non etenim
I procul, acri ſi ſpeculum ſpectabis in ira
Cognoſces ullam vix ſatis & faciem
Nam bona cum videas doleasq;, ea multa videndo
Obſerves tantum commoda nulla tibi.
Hæc quanquam natura tua eſt mæſtiſſime Livor
Ad male ut exultes & benefacta fleas
Sed foveam fodies metuo ne forſan in illam
Stuus, & damnum quod paris ipſe feres.
Deſine ni prodeſt fatuam ſic prodere mentem
Nam bona ſi non ſunt, tu meliora fore.
Si potis es tenta longum ſudabis, at ultra
Niſibus ut penetres, hic opus hic labor eſt.

MAGNI-

MAGNIFICO AMPLISSIMO NOBILISSIMO-
QVE VIRO, Dn.

PHILIPPO HEINHOFERO, P. CIVI AVGVSTANO, NECNON

POMERANIÆ DVCIS CONSILIARIO &c. MERITISSIMO, OMNI VIRTVTVM LAVDE DIGNISSIMO, SCIENTIARVM ET ARTIVM ÆSTIMATORI CLARISsimo acutissimo &c, Domino suo gratioso, piè & submissè sibi colendo,

IOHANNES REMMELINVS Phil. & Med. D.

ὑγιαίνειν

ATLANTEM, Sapientiores Philosophorum, æthera seu mundum humeris gestâsse, cum scapulis caput, ipsi mundo & facie & pulchritudine analogum, Hominem tenere, animad-vertissent, meditatione profundiore fabulabantur. Nam ut maioris præstantiæ, Magnifice Heinhofere, Mundo specioso à Deo informato, cuius vastissima perfectissimæ figuræ conclusa moles, diversissima & cælestium & elementarium varietas, elegantissimus magnificentissimarum specierum ordo, vetustissimus venustissimarum rerum consensus, imò firmissimum exactissimæ absolutionis robur, cum infallibili omnium harmonia nitet, instructius nil conspicietur; Sic Homini, sculpturã Dei qui fert, ut numisma charagma Cæsaris, ac cuius terror & tremor supra cuncta animalia terræ, & supra omnes volucres cæli, cum universis quæ moventur supra terram, Animans, & acriore Mentis contra-æstimatione pretiosius, & iucundiore sensuum titillatione aspectabilius, non invenietur, siquidem capite, ceu in synopsi, quæ suo amplissimus cohercet sinu Mundus, ut verè ἁπάντων τέλος, φύσις ἀποτελεσμένη, μεγακόσμου μικρόκοσμος dici queat, exhibet. Nam Aristoteles δυνάμει ἐστὶ τὰ νοητὰ ὁ νοῦς, ἀλλ' ἐντελεχείᾳ οὐδὲν πρὶν ἂν μὴ νοῇ masculè pronuntiat: Vnde quia ipsa intelligibilia, intellectus, & Mundus intelligibilis est, sanè intellectus erit Mundus; at ἐντελέχεια τῆς τοῦ ἀνθρώπου κεφαλῆς. Igitur ibidem Mundus introspiciendus & non in tota Corporea massa fragili, caduca, patibili, & nobis cum beluis communi, sed potius eius ἐντελεχείᾳ Intellectu sc: in capite seu Cerebro residente, & forma totius perfectissima nil idiopathicãs ferente, inquirendus, & dexterrimè, cum & principia & principiata, partes & ex partibus conflata, ἔνυλα ἄυλα ἐξ ἀφαιρέσεως ὄντα inibi habeantur. Materiæ enim primæ intellectus dum per se nudus, omnibus intelligibilibus induitur, vicem gerit, Formæ, dum intelligibilia ita adumbrat, ut reapse ab intelligibilibus nil discrepent, munus obit. Sic anima sua facultate vegetatiua plantis, sensitiua & motiua Animalibus, rationali Angelis & Deo respondet. At ut paulò exactius loquar, Elementum terræ in Capite habemus Calvariam, aquæ duram matrem, aëris piam matrẽ, ignis Cerebri substantiam; vel si, mavis terræ gustum tactum-ve, aquæ oculos, aëri aures, igni nares fumosas & exhalationes igneas percipientes, respondere notabis; Metalla, per pelvim excreta, arguunt, unde humor niger ferri, æruginosus Cupri, flavus auri, pallidus stanni, albus argenti, lividus plumbi, leucophæus æris, æmulus est, omnia è bile & pituita, ac sulphure & Mercurio producta; Mare adest in sinubus rivulos deorsum in Cerebrum spargens plurimos; Vrbes & domus spectantur in ventriculorum tuberculis, at ductibus varia viarum itinera, sylvæ pili sunt, feræ pediculi, insecta & animalia alia, quæ quandoque Cerebro innasci contingit; Rorem lachrymæ destillantes, at pruinam istæ in maiori oculi angulo detentæ imitantur; Tetri vapores visum obscurantes Nebulam, ~~Cerebri anfractus~~ nubes, Aurium tinnitus ventos, pluviam Coryza delabens referunt; Nix spumea saliva, Grando pituita conglobata, tonitru sternutatio, fulgur oculorum coruscatio, fulmen venenatus aspectus (Plin: lib. 7. nat. hist. cap. 2.) Cometæ tubercula, & reliqua ignita meteora striæ & rubores faciei frontisque existunt. Si elementa & elementata transcendo & æthera percurro, Sol in Calore nativo Cerebri, Luna in humido ipsius primigenio, ac Luminaria maxima erunt, Iupiter verò in temperato, Saturnus Melancholico, Mars in bilioso, Venus in pituitoso sanguine vigebit, Mercurius verò in ore linguaque residebit. Ad fixas si devenio stellas, structura Cerebri & sphæræ Circulos & globi imagines clarissimè aperit, at brevitati studens sanguinea puncta, mole Cerebri dissecta & compressa, apparentia, magnitudine dispositione & numero stellas imitantia, contemplari, & primum mobile à continuo Cerebri motu, à facultate inibi latitante pulsifica causato, agnoscere, mirabile duco. Hominis igitur cognitione nil dulcius nil dignius nil divinius.

At his multò accedunt maiora, propterea quod Hominem qui novit, omnia novisse meritò iudicatur, siquidem omnis scientia & ars inde vigorem robur & perfectionem acquirere videtur. Aureum enim Philosophiæ studium superioribus facultatibus fundamentum sternens, homine ignorato mutilum mancumque esse, omnes nôrunt. Practica enim in parte scientia hac seposita, nemo de privatis actionibus, quæ sanè corporis temperiem sequuntur, disserens, se explicabit, nemo convenienter coniugibus æconomiam ex sexus discrimine constantem ritè instituendam præscribet, nemo politicam societatem cuius harmonica partium Corporis connexio mirabile simulacrum gerit, debitè cognoscet. Hinc etiam Iurisprudentiæ, qua ratione plurimæ leges dextrè iudicandæ, aut criminales actiones lethaliter vulneratorum, fætuumque suspectè enixorum, ne in verba Medicorum sæpè absentium iurare cogatur, agendæ & decidendæ sint, manifestabit. Quid de Theorica altera & præstantiore Philosophiæ parte dicendum? certè lumine hoc extincto tenebricosa evadet. Tota enim mundi machina Homini Symmetra. Vnde Veteres, Corpus, ac ex cuius articulis numeros mensuras Proportiones & Harmonias invenerunt, dum omnium membrorum invicem proportionatas mirabiliter consonantias & commensurationes observâssent, cum stupore introspexerunt, idque omnibus numeris absolutissimè harmonicum deprædicârunt & collaudârunt. Quare Mathematicus omnium iustissima & exactissima Hominis quantitate neglecta, normam ceu Polycleti omnium mensurarum regulam, quam fundamenti loco suæ scientiæ fructu non contemnendo subijcere debuisset, se neglexisse & amisisse conqueri oportet. Physicum quod concernit, quomodo de rerum omnium Naturalium principijs & proprietatibus, ac hinc elementis & elementatis ea in proprio non observans corpore concinnè disputabit? Hic ubi desinit qua ratione Medicus incipiet, cum Hominem sanabilem, ac subiectum tractans, citò tutò & iucundè tàm diæta quam medicamentis, præservare & curare annitet? Necessum sanè priusquam tale exercitium, quò salva permaneat conscientia, aggrediatur, ut è partium internarum oculari inspectione omnium affectio, situs, connexio, consensus &c. indagetur, siquidem & chirurgus solùm nec rectè vulnera tractabit, nec tela eximet, nec incisioni ossium medebitur, nec luxata ossa reponet, fracta restituet, fistularum sinus & abscessuum incisiones præstabit, Hominis interiora si rimatus non fuerit, & ea anatomias beneficio exactè calluerit. At quid Medicis hæc dixisse vacat! Entia immateriata Metaphysicus imperfectione considerabit maxima, cum ipsiusmet, quæ Dei imago, formam seu animam & eius æditas mediantibus corporis partibus actiones observare negliget. Nam amussim nostram animam esse reliquarum formarum nemo addubitat. Insuper Theologus quanquam ex ipsis sacris literis, ac limpidissimis Israëlis fontibus doctrinam suam hauriat; tamen hominis scientia imbutus, & Ecclesiam ipsam, quam Christus nostro Corpore, pluribus diversis unitis partibus constante, comparat, melius intelliget, & varia scripturæ loca, cumprimis ubi ægrorum morborumque mentio incidet, & ipse Deus Prophetæ & Apostoli se Medicos profitentur

præstantq; fusius explicabit. Magna itaq; suavitas, maior utilitas, maxima se-ipsum nosse necessitas. Insuper non modò totum universum Homo in capite gerit, & sui cognitione in omne scibile ducitur, sed & ipsum Deum cum Angelorum choro intra sese manifestat.

Cum enim intellectus in actum transit, & ad intelligibilis Mundi omnisq; scibilis contemplationem extollitur, Mundi utriusq; Archytectum rimatur, (quia quod notum est, Dei est, manifestum est in illis, Deus enim illis manifestavit) & sic in Deum quasi transmutatur. Nam instar Dei utentis Opera Angelorū (qui administratorij sunt spiritus in ministerium emissi propter eos, qui hæreditatem capient salutis) in Marocosmo; Ipse Homo in Microcosmo sensuum divinæ mentis in Cerebro residentis ac satellitū beneficio, sua exsequitur, & quatenus Mens divina seu anima, Dei Spiraculum Microcosmo ut Deus indivisus Macrocosmo, insidet, tota toti & singulis partibus tota inhæret, nec non imaginatione iudicio & memoria, invicem ratione, non autem subiecto & essentia distinctis, tres unius essentiæ personas repræsentat, Deum imitatur & refert. Hinc Hippocrates τὸ θεῖον ἐν ἀνθρώποισιν αἴτιον agnovit, & meritò Zoroaster ὦ ἄνθρωπε τολμηρωτάτης τῆς φύσεως ἄγαλμα exclamavit, sicut & alii Phylosophi etiam Ethnici verba vix quibus Hominem describerent invenêrunt, sed potius exploratione eius stupefacti, attoniti hæserunt. Quare Nosce teipsum Gemma est, de Cælo lapsa tàm præstans, ut verè Simplicius γνῶσις σεαυτοῦ τοῦ θεοῦ παράγγελμα καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος πάσης ἐστὶ φιλοσοφίας καὶ εὐζωίας dixerit, cum maiorem, & omnia quæ in eo sunt, Mundum innotescere faciat, artes & scientias omnes quæ ipsius Sapientiæ candor existentis lucis æternæ & speculum sine macula Dei maiestatis & eius bonitatis imago anchora, sunt, quā propterea Salomon sapientissimus præposuit regnis & sedibus & divitias nihil esse duxit in comparatione illius, perficiat, & tandem ipsius Dei essentiam explicet. Magnum igitur quid Hominē considerare, quem non ad voluntatem sed felicitatem præsens opusculum pertractatum continet, quod olim è farre meo domestico quidam deprompsit evulgavit & pro-ut consuetudo laudabilis Patronum requisiuit elegitq; ei dignissimum.

Et sanè Magnifice Heinhofere te quis dignior? te quis præstantior? te quis excellentior? qui omni virtutum genere donatus, ornatus, imò ita excultus fulges atque splendes, ut encomia istis exornandis desint. Nonné Sapientia tua, te Regibus Principibus ac Dynastis, & Sacro in Imperio Romano & alijs in terræ tractibus, etiam remotissimis, in gratiam posuit? quæ enim aula, quod atrium, te non personat & in summum Authoritatis fastigium collocat? Nonne Prudentia tua, Civium Augustæ nobilis, patriæ celebratissimæ, ob dexteriorem rerum administrationem, favorem & amorem, sicuti promeritus es, in te unum collavit? Nonné fortitudo, cum in gerendis rebus, iisdemq; expediendis non succumbas, sed indefessa vigilantia & iudicio exquisito contrà audētior eas, tibi à dextris? Nonné tibi à sinistris Temperantia, quæ te multorum annorum spatio salvum & sartum conservat conservabitq; (precor) Nestoris ultra annos? Censuram de reliquis tibi connatis virtutibus quasi eandem universus novit Orbis & Mundus. Omnigenā quod attinet scientiam, deficiunt itidem quibus expoliatur verba, siquidem terra quæ fovit extima, inquiris, quæ Maris profundis latitant penetras, quæ Metallorum fodinis reperiuntur perscrutaris, & singula prestò aspicis, quemadmodum Gazophylacium & Musæum tuum Corporum varietate, statuam Polycleti cui nil quod reliquorum nō norma extaret deerat, omnium totius orbis rerum simulacra continens, exornatissimum, immensa solertia labore & sumptibus constructum, edocet, è quo antiquissima admiranda & ingeniosissima multa & varia, aliâs rara, petuntur. De flagrantissimo quo præditus es subtilium & elegantium artium amore nil addo, ne soli me lumen accendisse videar, præter quàm quod eas tam sagaci ingenij acumine dijudices, & exquisitiores earum Cultores tam propensò prosequaris affectu, ut similis tibi vix detur, & secundum haud habeas, quod mecum plurimi uno ore percrebant. Quid de exquisita tua omni quæ in Mundo geruntur notitia dicam? nisi quod singula Novella ex universis & minutissimis Mundi terræ partibus sturnatim tibi advolent, è quibus & Magnates & Præsules ad lubitum erudiuntur. Verùm enarrata hactenus omnibus nota, latitare autē maiora præsagit animus. Nam exclamans, Amplissime vir, Vita Christus Mors lucrum quod te hominem cogites manifestas, Hominem Morti destinatum, at Morti tali cuius aculeos facilè effugere possis, cum parvulum nobis natum, filium nobis datum noveris, qui Morti pestilentia, in victoriam eum absorbens, destruens Mortem & per illum destruens eum qui habebat Mortis imperium, id est Diabolum, & hinc illudis Morti, ubi est victoria tua Mors? ubi est stimulus tuus? ac qui certus sis animam tuam cum iustorum in manu Dei esse quos non tanget tormentum, & hanc mortem lucrum, Christum vitam reputas, sanè hæc profundissimum, Christum in quo vivimus movemur & sumus unicum scripturæ scopum didicisse, & tàm alto spiritu Christum vitam, mortem lucrum cum Paulo dixisse, arguunt Theologum. Enuncians verò Auxilij Feritas æmula, in omni facultate te labra rigasse ostendis, & ita rigâsse, ut intima earum libaveris, ac qui vim vi repellere & ferocitate vi iniquius illatæ auxilium quærendum esse censes Iurista videberis; qui bile effervescente nos truces & fortiores fieri, & sic nobis ipsis auxilij instar addere vires posse cognoscis, Medicus habeberis; qui excellenti sensili sensus labefactari, & truculentia, siue ea Magistratus siue priuatus agitetur, adversæ parti terrorem incuti & feritatem illam auxilij æmulam esse intelligis, Philosophus æstimaberis; & meritò, cum non nisi viro consummato eiusmodi symbola fari fas sit. verùm tecū natum symbolum hoc congenita Insignia unū te decentia probant, & plura, cum melius duo simul esse quam unum, quia habent societatis suæ emolumentum memineris, & tibi Mulierem virtutis copulaveris, cuius, ut tua ferum cum trunco radicitus evulso Sylvanum Insignia, atrocem sic Leonem anchora innixum præferunt, ambo intra alas supra galeam conspicui, at in clypeis cancellis ceu repagulis frenati, ac per floridum Lilium æternùm duraturi, certè non mystico sine omine præfigurati. Vt enim Mens tua generosa iusta agit iniusta fugit, labores amat accidiam odit, pia prosequitur impia detestatur, honesta magnificat, inhonesta levipendit, & in genere, bona plantat mala extirpat; Sic ferocum in insignibus ferocitas Ancoram figit non in temporanea & fabulosa sed æterna & semper durabilia, quo fortissimum tibi solatium sit, qui confugis, ad tenendam propositam spem, quam sicut ancoram habes animæ tutam ac firmam, incedentem usq; ad interiora velaminis; Sic ferocum in Insignibus ferocitas Arborem eradicat non ut reservetur, quia omnis arbor quæ non facit fructum bonum exscinditur & in ignem mittitur, Ferocitas ergò ista verè auxilij æmula, ad conservandam æquitatem, iniquitatem verò destruendam, sese ob hujus vitæ imperfectionem intra Cancellos continens; attamen ut Lilia Campi, quæ crescunt & non laborāt, neq; nent, & amiciuntur, ut nec Salomon in omni gloria sua coopertus fuerit, sicut unum ex istis, florebit, quousq; in æternam avolet beatitudinem, quô alterum tuum Symbolum ubi mori lucrum, vitam Christum asseris, respicit. Hinc quî non fieret cùm tu mundo & tibi mundus sit cognitus, ut & Hominibus & Deo gratus sis. Optârim certè tàm dignum esse opusculum quàm dignus est Patronus, quò quam diu nomen viuit, tam diu etiam Catoptrum Microcosmicum viuat; solabor tamen quia clarissimæ Patroni virtutis balsamo est oblinitum, in eo quæ non ad nutū, sed pro posse (ut dixi) explicata, & proprea citius interitura essent, conservata fore. Interim Magnifice Nobilissimèq; Vir quod tam audacter te his compellarim, & tàm confidenter laborem hunc è farre meo desumptum olim tuum factum obtulerim & à siliquis nunc depurgatum rursum quasi obtruserim, ignoscas velim, siquidem mihi plurimum, qui recepto et venusto et vetusto more, Mæcenati ædita scripta insinuandi, insistens, tantum, Deo sic fortunam dirigente, Patronū fuerim nactus gratulor, cuius aliâs cum levidensi tali charta, at eius alis satis tuta requiescente, atrium adire ausus non fuissem. Insuper animum addidit et mihi votis me compotem futurum persuasit, maxima humanitas & benevolentia summa à te Augustæ mihi peregrino non multum abhinc exhibita, cum non solùm hospitio convivijsq; sed & muneribus, pro quibus dum vita spirat mente mea reposta erunt grates, lautissimè exceptus eram, idq; eò magis, quod tùm temporis alia ampliora graviora & majora non passus es impedimento esse negotia, quin singularem tuam gratiam, & propensam in me voluntatem monstrando, vera, natura & artium miracula declarares, qua omnia effecêre, ut omni momento, generosus tuus animus ob oculos versetur, zelotypem in corde tui excitans amorem. Verùm quantò magis cogito, tantò magis ad tuarum virtutum decantationem invitor, citra igitur linguæ cursum silere & à te Vir Nobilissime piè colende veniam, ut prolatæ veritati ignoscas, rogare, & hac non aliena sed domestica & propria, qua emaculatius restituo, ut pari æquanimitate, ac olim factum in Clientelam tuam suscipias, splendore & tutamine tuo munias, & à Lividorum Dentibus Theoninis oculisq; emissitijs, semper quod virulentibus morsibus rodant & carpant spectantibus, defendas obsecrare, & me meaq; hac in publicam utilitatem eliminata bonis commendes, & capta gratia & favore prosequaris obtestari, ea qua par est observantia cogor. Deus ter opt. max. Amplissime vir, te cum tota familia diutissimè vivum florentem & incolumem conservet, quò in Mathuseleos annos tibi tuisq; ornamento, Patriæ & proximo emolumento, & uni-trino Deo delectamento esse queas, Vale benè & feliciter. Scribebā Schorndorffi 16. Febr. Anno 1619.

Magnificentissimo, Trino & uni suo Deorum Deo viventi,

PATRI CREATORI, FILIO REDEMPTORI, ET SPIRITVI SANCTIFICATORI, OMNIVM EFFECTORI,

Conservatori, Gubernatori perpetuo,

Cuius sempiternis seculis in excelsis honos laus & gloria,

CATOPTRVM MICROCOSMICVM,

vile & levidense commissi talenti fœnus,

Author deuota mente exhibet.

Miserior hominis status

Gen: 1. ve. 27.

Psal. 8. ver. 6 & 7.

Psal. 42. v. 12:

Psal. 19. v. 17.

Hymnus glorificans Deum

Sap. 7. v. 1, et sequenti:

Felicior hominis status

Esai: 40. v. 6.

Ad Hebræ: 2. v. 6. & seq.

Psal. 103. ve. 12.

Psal. 13. v. 6.

Psal. 139.

O SANCTA Trinitas, virtus una & indiscreta Majestas, Deus immortalis, meditando sapientioris inter filios Hominum Salomonis effata; sum quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreno illius, qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis & delectamento conveniente. Et ego natus accepi communem aërem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans, in involumentis nutritus sum & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatis initium; sanè deterioris nostræ conditionis status miseria commovebar. Verùm vatis antiquissimi, Mosis sanctissimi edicta vicissim ponderando, dicentis; Et creauit Deus Hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creavit illum, masculum & fæminam creauit eos; sanè præstantioris nostræ conditionis status admiratione obstupescebam. Hinc dixi, Omnis caro fænum, & omnis gloria eius quasi flos agri, exsiccatum est fænum & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo. Hinc dixi, Minuisti eum paulò minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum supra opera manuum tuarum. Hinc Hominis Creaturarum Divinarum præstantissimi & miseria & dignitate agitatus, Animæ dixi, Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus, Benedic anima meo Domino & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones eius. Placeant quæso tibi eloquia oris mei, & meditatio Cordis mei in conspectu tuo semper, ego in misericordia tua speravi, exaltavit cor meum in salutari tuo, cantabo Domino qui bona tribuit mihi & psallam nomini Domini altissimi. Tibi ergo Creatori immensæ Sapientiæ optumo Maxumo, Hymnum gloriæ fundam, tibi infinitæ Misericordiæ ter dilecto redemptori Psalmodiam laudis canam, tibi Sanctificatori eximiæ bonitatis summè laudato, modulamen honoris ponam, è cordis scrutinio trin-vni Deo, Imperatorum imperatori, Cœli & terræ Monarchæ, Regi ineffabili, cum Psalte Regio intonans:

Summe Deus, Deus vne, tibi rerumq; mearū
Vitaq; cognitissima
Tota mea est ratio,
Seu sedeo, seu surgo, mea abstrusissima sensa
Mentis tibi iam præscio, &
Intima quæq; patent.
Nam regis imperio renesq; istasq; potente
Meas medullas ipsius
Auctor & involucri,
Primis & conceptibus intra genitalia claustra
Tibi mei miracula
Vendico tanta satus.
O opera humanæ fallentia mentis acumen
Quæ quanta sint cū nesciam
Summa tamen veneror,
Ossaq; qua cōpage mihi quis pectoris hujus
Accreverint fibra intima
Nexibus; ipse operis
Auctor pernosti, tibi se mea semina debent
Solerter è terra
Eruta visceribus.
Nec latui informis te massa; tuaq; tabellæ
Iam prænotaverant suis
Quosq; dies operis.
Hem quanti sunt illa tua gesta, tua illa
Consilia! quis collegerit
Summa animo capita!
Inveniam citius numeros undantis arenæ:
Nec sic quidem ignavè tuis
Laudibus invigilans.

Psal. 56. v. 11

In creaturis omnibus majestas Dei lucet.

Magnus Deus noster est

Deo omnia debemus

Psal. 22. v. 11

Misericordia Dei quid homini contigerit

Laudes & vota authoris Deo fusa

QVoniam tu es qui extraxisti me de ventre, Spes mea ab uberibus matris meæ, in te projectus sum ex vtero. Quoniam tu es qui facis mirabilia solus. Quoniam magnificata est usq; ad cœlos misericordia tua, & usque ad nubes veritas tua. Nam etsi in omnibus, ingentis & unicæ bonitatis Deus, etiam minutissimis, Divinæ tuæ Maiestatis lucescere tua gratiam agnoverim radios: inprimis tamen in Hominis fabrica, illam ipsam reconditam, atque plenario luminis sui splendore repositam esse crediderim, raptus considerans, maximū quid esse, quod inæstimabilis Sapientiæ Thesaurus, ab initio Humano generi tua imagine decorato concreditus, at invidia diaboli amissus, tam altè radices egerit, ut arduum sciendi desiderium, & acutissimum eius Sapientiæ rursum adipiscendæ stimulum reliquerit, Maximum dico, cum in quantum de tanto dono nobis ipsis gratulari debeamus, ignoremus, siquidem inter infinita, præstantius Homineq; dignius nil excogitatur, quam te Deū ipsam Sapientiam in semetipso contemplari. Magnus igitur Deus noster, & magna virtus eius, & Sapientiæ eius non numerus, Ipse mandauit & creata sunt. Ipse fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eo sunt, Ipse custodit veritatem in seculum & exaltatum est nomen eius solius, confessio eius super cœlum & terram. Lauda igitur anima mea Dominum. Laudabo Dominum in vita mea, Psallam Deo meo, quam diu fuero, cum eius in me Miserum & immerentem collata innumera sint beneficia, cuncta namq; de tua benedictione mihi bona, quæ igitur tuis datis fænerata eram (omne enim quod possum quod vivo quod sapio, tibi æterno Deo debeo) quæso suscipias, protegas, defendas, & solùm ut istis donis tibi serviam, placeam, & laudem rependam concedas; quæso inchoātum bonū in me perficias, & tibi displicens repellas, omnibus quibus inuolutus hæreo tribulationibus & iniquitatibus me eripias, ac inimicos meos mihi amicos reddas, & ad desiderata visionis gaudia promoveas, sicq; Vnus in Vno, Pater in Filio, Filius in Patre, Spiritus Sanctus cum Patre & Filio, Trinunus Deus mei miseriaris, Amen.

Προλεγόμενον,

CATOPTRI MICROCOSMICI HISTORIÆ

Microcosmographicæ, præfixum.

Syr. 17. v. 1. &c:

Scopus declaratur hominis

Quis Catoptri hujus finis
1 Deum monstrare
2 Magnum exponere mundum
3 Scibile perficere omne

Homo, emblemata Catoptri visionibus insculpta ponderet

Emblematum expositio

Hominis causæ exponuntur

Quis Catoptri hujus usus

Admonitio & instructio quomodo considerandus Homo

& felicitatem & miseriam simul introspiciat Homo

HOminis decoravêre excellentiam elogijs nec non gemitibus deploravêre miseriam & Ethnici & Christiani scriptores multi, quæ omnia combinâsse, & exiguis sequentibus verbis Syrach conclusisse videtur; Κύριος ἔκτισεν ἐκ γῆς ἄνθρωπον, καὶ πάλιν ἀπέστρεψεν αὐτὸν εἰς αὐτήν, ἡμέρας ἀριθμοῦ καὶ καιρὸν ἔδωκεν αὐτοῖς καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τῶν ἐπ' αὐτῆς. ἐνέδυσεν δὲ αὐτοὺς καθ' ἑαυτοὺς ἰσχὺν καὶ κατ' εἰκόνα αὐτοῦ ἐπὶ πάσης σαρκὸς καὶ κατακυριεύειν θηρίων καὶ πετεινῶν ἐν ὁμοιώματι &c. ὑπέδειξεν αὐτοῖς. Sanè Hominis maximus (Deus) Fictor, præstans (imago Dei) Forma, potestas summa, jugum felix, Sapientia eximia, egregia prudentia indicatur; at materia (lutum) vilis, terminus (vitæ) brevis, interitus (in terram conversio) formidabilis vicissim monstratur; quibus tamen omnibus præponitur quod splendidè subjicit Syrach, ἔθηκε τὸν ὀφθαλμὸν &c. ὑπέδειξεν αὐτοῖς. Allaborandum ergò discere è nostri corporis fabrica, ut exultemus in Domino, in Sancto Israël lætemur & gloriemur non in Sapientia fortitudine divitijs, sed scire & nosse Dominum, qui facit misericordiam & judicium & justitiam in terra. Hæc enim placent mihi dicit Dominus. Quare singulis Catoptrum præsens declarabit, quod in tantillo luto, Homine nimirum, tantum rerum creator exhibuerit artificium, ut sit in quo meritò omnis se humana exerceat curiositas. Nam ita Hominis dignitas & excellentia, Sapientissimi Dei tantæ fabricæ Conditoris gloriosissimi ineffabilem potentiam, incredibilem sapientiam, infinitam bonitatem, imò ipsissimā eius essentialem substantiam aperiet, ut quisq; purgato mentis obtutu, clarius erga sese divinam voluntatem intueri, & inde anhelanti Architectum de facie ad faciem videndi desiderio inflammari possit. Ita Hominis creatio & compago, mirabilissimi megacosmi tantæ structuræ exemplaris exactissimi, magnificentissimum decorem, splendidissimam varietatem, immensam molem, imò ipsissimam universam eius naturam repræsentabit, ut quisque omni sensu conspirantes naturaliū effectus cōspicere & inde propensiori voluntate Naturæ mirabilia ponderare continuò desideret. Ita Hominis doctrina & sapientia certissimæ scientiæ tantæ structuræ accidentis laudatissimi, suavissimū delectamen, indesinentem progressum, profundissimum studium, imò ipsissimam perfectam eius notitiam demonstrabit, ut quisque intellectu conbinationis Artium vinculum videre, & inde alacriori animo amaras scientiarum radices devorare, expetere possit. Exerceat ergò sese in exquisita Hominis notitia omnis humana solertia, eò vires dirigens, ut verum suæ contemplationis finem consequatur, semper perpendendo quod Homo voluntaria inobedientia perditus sed renatus gratia Dei per Christum in Spiritu Sancto, creatus à Deo fit, ut in Christo in quo Vetus Homo crucifixus, nova Creatura fiet & sciat, quoniam membra eius, templum sunt Spiritus Sancti, qui in eo est, quem habet à Deo, & sic Spiritualis factus, instruet eum, qui præoccupatus delicto est. Spiritu lenitatis per hominem internum, qui de die in diem renovatur, glorificetq; Deum in Corpore suo & in Spiritu suo, quæ sunt Dei, crescens in illo per omnia, qui est caput, Christus, ex quo totum Corpus compactum & connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram unius cujusq;, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate, Vnde nullo non momento Homo majoris tàm ornatus quam gratiæ ergò Hieroglyphica addita, literis in Catoptri visionibus majusculis notata emblemata, mente devota pensitet cum hinc inde ascriptis scripturæ dictis, ne forsan intensior hæc sui primarij in Nā hac splendidissima opificij. Mentis pensitatio, jucundiorq; in internis quæ latitat eius Corporis recessibus Sapientiæ speculatio ipsi palpū obtrudat & superbire faciat sed suæ etiam miserrimæ conditionis recordatione, cristas speculariæ illius complacentiæ inanes, caudæ Pavonis instar pedes videntis, subitò demittere, & hac ratione damnum proprium deflere, non tamen desperare perdiscat. Nam Lamentabile est, Sapientiam ignorantia, vitam intactam contaminata, dominium servitute, divitias pauperie, vitam morte, imò Dei imaginem Diaboli larva commutasse, & sic præstantissimum nullisq; injurijs expositum sed æternùm durantem thesaurum amisisse. Pomum, ô facinus horrendum ingens & toti humano Generi sufficienter haud plangendum! à Colubrino Dæmone (A) porrectum, & à Protoplastis tam in sui quàm suorum pernitiem commestum, sanè nostræ fragilitatis caducæ in tantum causa, ut miseri nos à Fortunæ globo & vexillo agitati, cum nascentes (B) moriamur & finis ab origine (C) pendeat, etiamsi indies (K) Medicorum opera sublevemur; tamen hodiè Reges (D) cras Neces (E) esse & Campi (F) florem, fumumq; (G) ignis imitari, imò quia Deo abalienati æternam damnationē nisi Mediatoris Christi lytrum in crucis ligno (H) sufficiens oblati, interventu, terribile hoc Dei judiciū subterfugeremus pati cogeremur. Quare ut non invidum instar eorum qui ex parte illius sunt Diabolum, sed Christum imitemur, conuenit, proximum affectu haud deteriori sed optimo prosequentes, & Virtuti labore partæ gloriaq; nutritæ studentes & sic mente humili animoq; contrito, semen mulieris Caput Serpentis conterens Christum (H) crucifixum fide firma apprehendentes dubio excluso omni certificemur nos sicut Colchicum (F) marcidum florens, & Phœnix (G) combustus viuens, etsi in terræ gremio putris cinis conficiamur, & in nihilum quasi redigamur, saltem dormientes Christo expergiscente, autumno lætissimo, fumo consumpto, ut immortalis flos productos clarissima æterna luce circundatos Cantilenam præsenti vita linguis nostris inchôatam futura in ævum cum Angelis (M M) Sanctus Sanctus Sanctus Deus Zebaoth psallentibus & floridos & viuos (L) immarcessibilisq; Stephano coronatos, intonaturos, & beatorum sedem (N) possessuros & exinde verum finem consecuturos fore, cujus Regnum & potentia & Gloria in secula seculorum.

A

HISTORIA MICROCOSMOGRAPHICA,

CATOPTRO MICROCOSMICO, AC BREVIS, AT PERSPICUA ENARRATIO, EXPLICATIONIS LOCO ADDITA.

B

Caput. I.

Qualis Homo ſit, & eius externa ſpecies, ſeu Superficies, edicit.

Origo generis humani à Deo

Geneſ. 1.

*SAPIENTIA æterna, Deus, cuncta ſex diebus è nihilo creans, ultimò de argilla terræ, ac exquiſitum Dei magiſterium, Hominem, formavit, illi vitæ ſpiraculum inſlavit, & Mulierem ex dormientis coſta ædificavit. Nam eo die, quo creavit Deus Hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum, maſculum & fæminam creavit eos, & benedixit illis, & vocavit nomen ejus, Adam, in die, quo creati ſunt. Quàm meritò ergò à Platone divino θαῦμα θαυμάτων, quod omne miraculum ſuperare, & ab Antiquitate veneranda, Μικρόκοσμ*ο*ς, quod vivum mundi exemplar referre videatur, enunciatus erat Homo, ac quem interiore inſtructus ſapientia, Sophocles, his verbis extollere non erubeſcebat;*

Gen: 5. ve. 1. & 2.

Homo magnihabitus olim à veteribus ſemper

> Nil æquè ſtupendum ac Hominem
> Naturæ Parens produxit unquam.

Naturæ & hominis Deus efficiens cauſa

Cauſa materialis hominis, Limus.

Spiraculum Dei formalis cauſa.

Anima & corpus ſpiritibus invicē colligantur.

Cauſæ hominis finales,
1, Mundo præeſſe
2, Sibi ſimile procreare,
3. Creatorem honorare, & in operibus ſuis laudare.

Nam in rerum univerſitate, ubi creaturarum viſibilium vagabundæ materiæ metam, Deus ineffabili ratione, deſtinâſſet, eam ſubſtantialibus principijs, cum inſito motus proprio, in loco & tempore concluſit. Vnde etiam Hominem, tàm Limo, igne aëre aqua & terra quatuor, quæ ſimul tot primis qualitatibus prædita ſunt, Elementis, ac minimis ſimpliciſſimis particulis invicem alteratis, & juſta ſymmetria miſtis, conflato, temperatiſſimo; quàm Spiraculo à Deo, cujus imago, Anima ſcilicet formarum nobiliſſima, immateriali, & quia tota in toto, & tota in qualibet parte, individua, quandoq; mirifica ſua & cogi neſcia vi, entia puriſſima ἄυλα, ſuaviore ſui amore contemplante, inflato, diviniſſimo, unâ ſpirituum calorem nativum, in primigenio humido lucentem, foventium & excitantium, vinculo combinatis, effecit, & mundo, qui miraculū & theama quoddam diviuæ ſuæ exiſtit ſophias ditiſſimo, tanquam amæniſſimo gaZophylacio, ita præfecit, ut & ſe ſibiq; cōmiſſa, Prudentia à rationis ſede, ſenſuum beneficio exorta, ac rex & princeps imò parvus Deus, machinam totius mundi ſuper omnes Deos moderantis, ad proportionem gubernare, & ſibi ſimile procreare, ſuamq; ſpeciem conſervare, & Creatorem æternùm laudare, celebrare, honorare, potis ſit. Hinc Hominem, ſi quis penitius diviniore concitatus ſpiritu introſpexerit, maximè prout matris ſecedens alvo, nudum ſe exhibet, ut ipſum tanquam miraculum naturæ cū ſtupore admiretur, & cum admiratione ſtupeat, citò continget, anſam inde capiens, cum Hippocrate ejus τὸ θεῖον αἴτιον ſuſpicere, quod unum, ut aſſequar, nitor.

Vtilitas ex hominis contemplatione.

Propoſitio huius Scripti.

Vnde Hiſtoriam microcoſmographicam, ſeu Hominis, animalis rationalis, anima & corpore conſtantis, Archetypi ſui ſapientiam, providentiam, & bonitatem, agnoſcentis, polliceor deſcriptionem, nil dubitans, quin deſcriptione ea, Catoptrum microcosmicū meum, Hominem adumbrans, & ad vivum quaſi depingens explicaturus, & maximè utilem ſummeq; neceſſarium laborem, ſuſcepturus ſim. Deus meum conatum, inprimis in ſuæ gloriæ & honoris augmentū, proximi verò ignorantiæ caligine miſeri emolumentum, quò ipſe ſolus, in ſuis operibus manifeſtetur, ac ut unus & trinus omnipotens, in omnem ſempiternam æternitatem & æternam ſempiternitatem decantetur, cedere faxit.

VotumAuthoris.

Partes ſunt multifariæ corporis.

Simplices & compoſitæ.

Quid ſint ſimplices partes, ſimilares dictæ.

Quid ſint compoſitæ, diſsimilares partes.

Noſcunt ſinguli, quod Homo fabricæ ratione varius, & á Deo, ex plurimis diverſisq; particulis, quò omnes unum exhibeant corpus, conſtructus ſit, ita ut non modò in internis mira ſapientia Dei, abſconditæ latitent partes, ſed & ſpecioſæ exterius in ſuperficie, nomenclaturis ſuis ſubditis etiam ſedibus quadrantes, variæ apparent. Verùm omnia in Humano corpore ex ſimplicioribus & per ſe & ſenſus judicio partibus, Similaribus dictis, conſtant, quæ diviſæ, tàm nomine quàm re, uniformes permanent, & corpus ſuſtentando, connectendo, animando, & veſtiendo, plenariè complent & integrant, ac variè à varijs numerantur, nec, niſi avulſæ & ſecretæ invicem fuerint, oſtendi ad oculum queunt, ſiquidem in corpore σύῤῥοια μία, σύμπνοια μία, συμπατία πάντα. Vnde omnia ita numero magnitudine & cōformatione decenti cohærent, ac προςφύσει coaleſcunt, ut magis minusúe cōpoſita & diſſimilaria exiſtētia, membraq; facta, tandem ſimul perfectum organum animæ, ſeu corpus animatum, partium varietate atq; excellentia cunctis alijs viventibus corporibus antecellens conſtituat. Notandum autem ſubſtantiæ eſſe totum corpus, & omnia quæ in eo partis nomine veniunt, partim fibroſæ ſeu ſpermaticæ, partim carnoſæ ſeu ſanguineæ, quarum ſubſtantiarum, illam, in prima fœtus formatione, ubi ſtamini ſimilis, & totum ſimul generatum repræſentabat, hanc verò temporis ſucceſſu, quia parenchymatis aut ſubtegminis inſtar iſtis accedebat, obtinuerunt, ac unâ ab ortu primo, maximè ſpermaticæ. Radicale balſamum, quod Humidum primigenium, beniguiſſimi Inſiti Spiritus Pabulum, ſuſceperunt. Sunt ergò partes hæ, & integrantia Hominis membra, Corpora, toti connexa & certi uſus gratia viuida, ac quæ inſitis facultatibus, Naturali Vitali & animali, tanquam potentijs, in illis ab Anima, ac quæ ubiq; tota, immediatè productis, cauſis Actionum proximis, donantur & vigent. De his partibus & ſimilaribus & diſſimilaribus ordinatè ſubſequetur, modò ea, quæ exterius in ſuperficie Humani Corporis conſpiciuntur, denominentur.

Corporis Partes ſubſtantiæ & carnoſæ & fibroſæ ſunt.

In his ſubſtantiis viget primigeniū humidum, & calor inſitus.

Definitio Partis.

Externarum Partium, ſeu corporis ſuperficiei expoſitio.

Vide viſionis 1. Faciem 1 & 2.

Faciem 7.

Capitis crinitum.

Aures.

Glabrum Capitis, ſeu facies.

Frons.

Supercilia.

Naſus.

Celſiſſimi Capitis crinitum, ad ſupremum pertingens colli, Sinciput quandoq; calvum, Verticem circularis piloſæ partis centrum, & Occiput, continet, & Temporibus ad latera, quorum concamerato ambitu aures apponuntur, ornatur. In hac Aure, exterior ambitus, capreolus, interior, ſupremus antelix, intermedius concha, & his interpoſita eminentia hircus, infimus autem, alveus ſeu auditorius meatus dicitur, circa quem declivè expanſa ala, & ad extimum, pendula carnoſitas, auricula eſt. Glabrum verò capitis, à coronali ſutura, ad menti imum, faciem, neceſſariis ſenſuum inſtrumentis præclaram, conſtituit. Huius ſupremum, ad ſupercilia expanſum, & multis in longum latumq; lineis, ſtrias ſeu rugas efficientibus, & à Metapomanticis, pro dignoſcendis Hominum moribus & ingenijs celebratis, refertus, frons eſt, cui inferius utrinq; ſupercilia annata ſunt, ſurſum deorſumq; mobilia, & pilis conſita, parumper eminentia, circa protenſum naſum interius interſepto, exterius pinnulis ſeu alis nares efformantibus, conſtantem, fermè comeuntia, quibus proximæ cavitates, oculo, inferius immobili, ſuperius mobili, palpebra, pilis ordinata ſerie poſitis, cilijs dictis, ornata, intecto, implentur. Palpebræ hæ terminis commiſſionis angulos, maiorem ad naſum, in quo duo foramina, cum caruncula lachrymali, conſpicua, & minorem ad Tempus, faciunt, in quarum disjunctarum medio, oculi album, cum nigricante pupilla, Iride ſeu corona circumfuſa micat. Ad latus, malæ ſeu genæ prominent, quæ pomum faciei, & ob rubeſcentiam, pudoris ſedes habentur, quibus bucca laxior, & inflari ſolita pars, emiſſo ſpiritu in medio foveam, umbilicus veneris vocatam formans, ſubeſt, cuius elatius, maxilla ſuperior, depreſſius, in viris barba decoratum, inferior eſt, quæ cum anterius ſutura dividentur, cum eo utriusq; lateris maxillæ congreſſu, ſuperior ſedem naſo ſubditam, ſulculoq; donatam, quæ muſtax eſt, qui ſupra ſuperioris labij ruborem locatur, efficit, hæc verò mentum, fovea ornatum, & ſub labij rubore inferioris conſtitutum, educit. Intra hæc labia rubicunda, os eſt, quo hiante dentes, palatum, lingua, gingiva, fauces, uvula, & epiglottis, apparent.

Faciem 6.

Oculi cum palpebris.

Genæ ſeu malæ.

Buccæ.

Maxillæ.

Facies 3.

Os cum Labiis.

Thorax.

Pectus.

Mammæ.
Coſtæ.
Alæ ſeu axillæ.

Tergum ſeu dorſum ſuperius.

Humerus.
Cubitus.

Manus.

Caput thorax ſequitur, cui collū quod in antico guttur, in quo viris morſus pomi Adami, & Lacuna, à juguli cum ſterno nexu formata, in poſtico, cervicē cum fovea, à muſculis juxta occiput ficta, habet, imponitur. Hæc trunci corporis pars, utrinq; à jugulo claviculis, & coſtis, nec non diaphragmate, concluſa eſt, in qua videntur anterius pectus, ad quod carneæ medium juxta ſternum protuberantiæ mammæ, papillis rugoſis, fungoſis, & ſubfuſco iride circundatis ornatæ, & crates hinc inde coſtarum maximam laterum ſedem conſtituentes, axillarumq; quibus ſub alares pili connaſcuntur, cava ponuntur; Poſterius verò tergum, ubi latiora ſcapulæ, interpoſitum interſcapilium, medium ſecundum totam longitudinem ſpina dorſi, ad Metaphrenon excavationem renum locus, eminentiora alæ ſunt, quibus eo loci ubi brachij os, quod ad cubiti flexuram productum ſuperius ſpatulæ jungitur, humerus opponitur. Cubitus hic ad curvaturam cui inclinamus Gibberum habet, & ad manum extenditur, quæ ad digitorum aciem uſq; pertingit, conſtituta ex carpo ſeu brachiali, juxta quod medicis pulſuum differentias obſervare conſuetum, palma ſeu poſtbrachiale, intus in medio volam montibus circumquaq; Chiromanticis ad præſa

A

Digiti

præſagiendum appoſitus, obvallatam, extus dorſum continente, & digitis, quinque ternis partibus, ut earum ratione articulis ſeu internodijs diſtinguantur locatis, qui ſunt pollex, index, medius, Annularis & auricularis, unguibus omnes ornati.

Venter inferior.

Dorſum inferius.

Thoracem excipit venter, cui anterius Abdomen, poſterius inferior dorſi pars eſt. Hæc lumbos complectitur usq; ad nates, clunes, ſeu ſedilia, quæ globoſa carnoſaq; ſunt, & in medio ad ſacri oſſis & coccygis extremitates veluti excarnes, fiſſuram Pygam faciunt, in qua recti inteſtini exitus, ſedes anus ſeu podex eſt. At Abdomen ſeu anterius ventris à cordis fovea ad pubem protenditur, & Hypochondrium dextrum & ſiniſtrum, nonnullis phrenes, epigaſtrium, intra quod umbilicus, & utrinque ilia, ac hypogaſtrium, ad cuius latera inguina & bufones continet, quibus pubes ſeu pecten ſubeſt, ad quod pudenda ſita, in viris virilia mentula priapus dicta, quæ & ſcroto, mollis ac rugoſi involucri, & peni ſeu coli linea, ad glandem vel caput, quod præputio tegitur, uſque, diſtincta cõſtant; in mulieribus verò muliebria, vulva dicta, formam Triangularem & in medio fiſſuram ſeu rinã ſuperius clitorida ad latera carnoſas protuberantias colles vel alas habentia conſpiciuntur. Interjacet autẽ hypogaſtrium utrinque coxis ſub hac coxa ſeu coxendice alter artuum proceſſus, pes magnus oritur, à natium extremitate in pedis digitorum ſummitatem finiens, qui femore, crure & parvo pede conſtituitur. Femur ad articulum ſuperiorem rotatorẽ magnum ad inferiorem genu, cui patella impoſita, & inflexura poples eſt, circaq; inguina interfeminia habet. In crure poſterius ſura carnoſa & bulboſa radio circumjecta, anterius tibia conſpicitur, quorum oſſium extrema pedio nexa tubercula efficiunt, quæ malleoli & clavi ſunt, at cavitas aſtragulus dicitur. Pes parvus ad manus modum in pedium cui ſuperius dorſum inferius calx eſt, metapedium ſeu plantam, cujus cavitas interna callus, externa pectus vocatur, & digitos abbreviatos quinque incurvatos, unguibusq; munitos diſtinguitur. Perpulchra ſanè & conſideratione digniſſima HOMINIS *ſuperficies, omnium aliorum animalium ſpeciem externã longè ſuperans, ſiquidem Natura,*

Abdomen.

Pudenda virilia. — Vide Viſio: 2. Faci: 1. Fig: A

Pudenda mulie bria. — Vide Viſio: 1. Faci: 3. & Viſio: 3. Faciem 1. Fig: A.

Coxendix.

Femur.

Crus.

Pes.

Ovid: Metam: fabula 2.

> Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram,
> Os homini ſublime dedit, cœlumq; tueri
> Iuſsit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

Gratiæ igitur ſupremo naturæ opifici & pro hac noſtri corporis gratuitò conceſſa pulchritudine habendæ immortales, ipſius inde perpendentes benignitatem & amorem.

Caput II.

Partes ſimilares totum corpus eiusque partes circumvoluentes & veſtientes explicat.

Partium combi natio.

PArtes ſimilares quæ membra ſeu diſſimilares totum conſtituentes partes efficiunt, invicem προσφύσει implicatas & intricatè ad mutua munia præſtanda quaſi concretas, omniumq; fibras, quæ oblonga alba ſolida & ex ſemine orta ſunt ſtamina, circumfuſas carnoſa quam ſuffulciunt ſubſtantia eſſe, modò diximus. Fibræ ſeu villi iſti motui dum contrahuntur maximè ſerviunt, & non carnea indies à ſanguinis ex alimentis effecti portione ipſis accedens, & fibrarum rimus infarciens maſſa, qui motus cum diverſi ſint, etiam ipſæ tàm ſitu quàm duritie differunt, & permiſcentur plus minúsve conſpiciunturq;, quæ ambo materia ſunt ſimilarium, ex quibus membra & caro corpus pervadere, circumire & veſtire, (quæ hoc in capite explicãtur) vaſa nutrire vivificare & animare, oſſa cartilagines & ligamenta colligare ſuſtentareq; videntur, de quibus ſingulis ordine dicendum.

Fibræ quid præſtent.

Partium Similarium & enumeratio, & effectus, & diſtinctio.

Membrana quid.

Membrana pars eſt ſimilaris frigida ſicca lata & plana, ex viſcidiore ſeminis portione generata, tactorij ſenſus inſtrumentũ, quæ & totum & certas particulas induendo diſterminat, colligat, & cuſtodit, ſiquidem ubiq; membranas natura exquiſitiſſimæ perceptionis diſtribuit, propterea quod tactus ſenſus ubique animali neceſſarius, per has enim ſenſus eſt partibus & iſtis ſi ſpoliantur inſenſibiles redduntur. At hîc latiora ex oſſibus ligamenta, tendioes de muſculis dilatatos, membranea ventriculi inteſtinorum uteri veſicarum &c: corpora non intelligimus, ſed dilatabile illud nervoſum, quod ſenſu præditum, & ab ipſo concluſis ſeu contentis ſenſum largiri potis eſt, quarum infinitus penè numerus, cum nil non membrana peculiari ceu tunica tectum: revocantur tamen ad univerſaliter plurima concludentes, ſeu communes membranas ac ſunt quæ in utero fœtum. Chorion & amnios, extra uterum ſingula Hominis infimi ventris contenta, Peritonæum, thoracis, pleura, cerebri meninges, oſſium perioſtium, muſculorum cõmunis membrana, totius corporis cuticula cutis & panniculus carnoſus, ambiunt, & mirum iſtum in corpore conſenſum ſymphyſin & ſympathiam cauſant. Eſt autem Chorion membrana nervoſa & robuſta ſphæræ more rotunda, venulis & arteriolis conſperſa, quæ ſuperius plurima filimenta diſtribuunt, quibus parenchyma, hepar uterinum, num ſanguinem fœtui offerendum inſtar hepatis ulterius elaboret, dictum, inſternitur. Hãc alia interius quæ amnios, conceptus

Membranæ vel univerſales & communes ſunt,

In utero 1. Choirum, — Vide Viſio: I. Faciem 3.

2. Amnios,

ptus armatura, charta virginea induſium &c vocatur, ſuccingit, mollis & tenuiſſima, proximè fœtum quem concludit ambiens. Peritoneum ad primam & tertiam lumborum vertebram, à quibus indiſruptum non ſeparatur enatũ, membrana eſt ſubſtantiæ mollis & tenuis, levis interius, aſpera exterius, quæ toti ventri cuius contenta ſingula involvit ſubtenditur, & quia vaſa renesq; intra medium ipſius feruntur duplex conſpicitur, & integra eſt præter quam ubi vaſis, quibus proximè adnaſcitur exitum concedit. Verum ligamenta ſpargit varia, in maſculo quidem genere peritonæi pro ſeminariorum vaſorum deſcenſu aſcenſuq; productiones ſunt, at in utroque ſexu, ab hoc oritur omentum, maximũ inteſtinorum, quibus quaſi innatat involucrum, interius ventriculi fundo poſterius colo & lieni alligatum, viduli ſeu marſupij aucuparij ſpeciem referens, & eſt membrana ſubtilis levis, plurimo adipe vaſorum propriorum lateribus appoſito conſpicua; oritur à peritonæo, & meſenterium in medio abdominis inteſtina omnia colligans ſitum, quod membrana conſtat duplici iuxta quarum medium innumerabiles tenuiſſimi vaſorum ramuli feruntur, ad quorum ſparſim diviſiones glandulæ magna adipis copia obductæ ſituantur, quouſq; appendicula longiore ſua ſecundum rectum inteſtinum deſcendens finiat. Pleura membrana eſt, ut peritonæum tenuis nervoſa ac valida, quæ præter coſtam infimam reliquas omnes & totam thoracem ſuccingit, à cuius thoracis vertebris exoriri, & quia intra eam vaſa intercoſtalia quouſque thoracem excurrunt continentur, bifida inde videtur. Hæc à ſuo ortu & pericardium quod membrana eſt ſubſtantiæ craſſæ, interius leviſſima, tenniſſima, cordis, quia illud cooperit & formam gerens & involucrum extans, quæ inſignia vaſa baſin cordis egredientia, quam proximè claudere & in Homine ob thoracis brevitatem diaphragmati alligari obſervatur, & mediaſtinum iuxta pericardium & diaphragma utrinq; ad ſternum membranulam molliſſimam mittit, quæ thoracem bipartitur, inſignem intra ſeſe cavitatem admittens. Meninges duæ ſunt, craſſior mater dura, & tenerior mater pia vocitatæ. Hæc eſt mollis tenuiſſima pollens, præ alijs ſenſu exquiſitiſſimo membrana, quæ cerebrum eiusq; partes, cuius etiam anfractus ne diffluant ingreditur colligat, & in corpus deſcendit. Illa membrana craſiſſima & dura eſt, levis intus cranio ac cuius concavo firmiter ſubtenditur, forma & magnitudine reſpondens, & cerebro uti pericardium contigua, quæ duplex ad verticem reduplicatur, & ſecundum longitudinem cerebrum in duas partes æquales diſpeſcit, ibiq; corpus falcis efficit, ad latera verò quadruplicatur & cerebellum à cerebro ſeparat, intra quam multiplicationem ſinus quatuor conſtituit, & ſuturis cranei ligatur, quæ ligamenta per ſuturas emergentia dilatata coëunt, & cum pericranio etiam perioſtium producunt. Perioſtium hoc membrana eſt nervea firma tenuiſſima non ſolum per cranium, ſed & reliqua oſſa, quibus validè adnaſcitur interna calvariæ dentibus & articulis exceptis extenſa. Pericranium eſt membrana mollis & tenuis, quæ quia cum cranio muſculos uti in temporalibus apparet, contegit, muſculorum communis eſſe cenſetur, perioſtium ergo & pericranium membranarum principium. Et ſanè muſculorum hæc communis membrana à pericranio oriens, eſt inſtar aliarum nervea & tenuis muſculos ſingulos miro artificio, ac ſi quid unum exiſterent coagmentatos integit, & ita colligat, ut invicem ſegregari, & ſeparatim monſtrari queant. Quæ univerſum corpus ambit & concludit membrana, cutis membranarum maxima temperatiſſima craſſa mollis, præter meatuum naturalium exitus continua, & ſolùm poris excrementis tertiæ concoctionis viam dantibus referta. In hanc ſenſus tactus ac cuius præcipuum inſtrumentum vitæ & nutricationis gratia, uti in alias omnes membranas nervorũ arteriarum & venarum filamenta expanſa inæqualiter abſumuntur, quæ ex ſemine cum admixto ſanguine ita conſtituta, ut à primarum qualitatum, nec non inſiti influentisq; calorum extremis pari intervallo abeſſe meritò credatur. Vnde & totius & aliarum partium temperamẽta quæ ſubiecti ſui mixtioni & calorum moderationem inſequuntur, ad huius temperamentum collata, demùm eluceſcũt, & claræ evadunt. Huic cuti cuticula quæ facilè ignis flamina attollitur & ſecernitur, ex tenuiſſima efflorẽſcentia ſanguinis generata extrema vaſorum tegens, quò tactus medium extet, ſupernaſcitur; at ſubijcitur cum pinguedine nervea tenui at forti membrana intecta, ad vaſorum propugnaculum, caloris nativi retentionem, & inediarum tempore alimenti ſuppeditationem, æqualiter quanquam non ſemper eadem craſſitie intercedente panniculus carnoſus, qui membrana eſt in junioribus quàm adultis carnoſior, quæ mediantibus vaſis cuti annectitur, ac fibris tenuioribus membranæ ſubiectæ, quæ muſculorum communis eſt adhæreſcit. Et hæc de membranis, nunc de carne.

Caro in quadruplici differentia in humano corpore invenitur. Alia enim caro, quæ cuilibet parti etiam ſolidæ propria, innominata, at quæ carnoſa ſubſtantia dici poſſet; alia viſcerum caro eſt, quæ parenchyma ſeu ſanguinis affuſio, quaſi in viſceribus, cuius nomine hepar, lien, renes, pulmones, cerebrum, & minus propriè cor & lingua veniunt, ut actionẽ adjuvet, intra vaſa ipſorum concreta;

C — alia

B

Vide Viſi: 2. & 3. Faci: 1. Fig: D & H. — Extra uterum, 1. Peritonæum,

Figuram E & G — à quo Omentum,

Fig: G. & Viſi: 1. Faciem 11. — & Meſenterium.

Vide Viſi: 2. & 3. Fa: 1. Fig: H — 2. Pleura,

Ibidem Fig: B & Viſi: 1. Fa: 12 — à qua Pericardiũ,

Figura B. — & Mediaſtinum.

Vide Viſi: 2. & 3. Fac: 2. — 3. Meninges ſunt una tenuis, altera dura,

Ibidem. — à dura Meninge; Corpus falcis

Ibidem. — Sinus 4. Cerebri,

Ibidem — Perioſtium,

Ibidem — Pericranium,

Vide: Viſi: 1. Faci: 1. & 2. Figu: C & D. — 4 Muſculorum membrana.

Ibidem. — Cutis.

Ibidem — Cuticula.

Fac: 2, Fig: A — Pinguedo.

Ibidem. — Panniculus carnoſus.

Caro quadruplex

1. Subſtantia carnoſa,

2. Caro viſcerum

A

3. Glandularum.

alia glandularum caro rara spongiosa pinguis & mollis vasorum maximè divisionibus apposita ut eas firmet, superfluos humores ebibat, & quandoq; partes irriget, sicuti in conario, glande pituitaria, parotidibus, amygdalis, mamillis, thymo, pancreate, & glandulis laryngis, mesenterij, alijsq; infinitis penè manifestum est: alia tandem caro propriè est, quæ similaris pars communissima mollis & rubens, partiū fibris ex parumper resiccato sanguine adnata, sicuti comprimis in musculis, qui præcipuam corporis molem constituunt apparet.

4. Caro propriè sic dicta. — *Qualis Caro musculorum.*

Nam nil in corpore est, cuius fibræ à carne, quò à foris occursantibus, & omnia populantis caloris nativi furore muniantur, non tegantur. Sunt autem omnes musculi ex fibris molis & roboris gratia carne multa circumfusis conflati, qui vasis constantes motus instrumentum existunt, & solo medio seu ventre libero, tàm principio seu capite, ad quod contrahuntur, quàm fine seu tendine, quem versus relaxantur ossibus, movendis accrescunt.

Musculi quid.

Faciei musculi. — *Vide visionis 1 Faciem 1. & 2. Fig: B B. & Fa: 2. Fig: C. in his omnes videntur musculi.*

In facie musculi seu lacerti qui resident, cuti & ossibus ita adnascuntur, ut Galeno unus musculus, quem Latum vocavit, statuebatur, at exactius inquirenti res diversimodè eveniet. Nam ob vari os quos adunt motus mirabiles, in fronte musculi duo sunt, juxta capillorum coronam & Temporales musculos orti & supercilijs inserti, qui fibris suis rectis frontem attollunt, & quia in medio disjuncti cutim nasum versus corrugant.

Frontis duo musculi. — *Musculi Palpebrarum sex.* — *Ibidem Faci: 6*

Palpebrarum superior ope musculi ab orbita enati & in tarsum implantati apitur, & duobus uno ab interiore oculi angulo per cilium sparso, altero ab eodem & nasi radice ortis ac tarso insertis, clauditur.

musculi 12. Oculorum.

Oculus musculis quatuor structura similibus rectis omnibus ex profundiore orbita ab Sphenoïdis processu formata parte egressis, & lato nervoso tendine adnata tunicæ accretis, & ad corneam finientibus movetur; Circulariter autem duobus obliquis circumagitur, quorum unus ab interiore orbita, ut prædicti, prodiens, ad angulum majorem circa quem in chordam desinit, & trochleæ canalem (siquidem juncta ferè trochleam referunt) permeat, inseritur; alter verò ab interiore angulo, & conjunctionis maxillarum ossium rima, ad angulum exteriorem transversim incumbens oculos progreditur.

Musculi Aurium sex. — *Narium 4. musc:*

Aures à musculis juxta positis portiones tres, unde exiles eorum motus, recipere videntur. Nares autem duo à fronte carnoso & acuto principio ad pinnas mox latiores redditi, abeuntes dilatant, & alij duo labiorum musculis continui contrahunt.

Musculi Buccarum 4. qui & Labiis comunes.

Buccæ cum labijs quadrato & Buccinatore moventur, quorum ille sub colli cute latitans amplus circa claviculas exortus, fibris obliquis & in mentū & labia, nec non aurium extremitates inseritur; hic verò cui substratus rotundus membraneus à superiore maxilla ad gingivarū radices pertingit.

Labiorum 8. sunt musculi propii.

At labia etiam per se moventur, superius quidem uno, sursum à malo carneo principio ad latera eius descendenti, & deorsum à mento in idipsum labium ascendenti ducitur. Inferius itidem utrinq; uno ab oculi orbita & malo sursum, deorsum verò à mento eidem labio insertis agitur, qui externis fibris labia, ab internis intrò tracta retrahunt.

Musculi maxillæ inferioris decem

Maxilla superior immobilis musculis caret; inferior autem variè agitur, sursum quidem musculis quatuor clauditur, utrinq; scilicet, temporali seu crocaphita, qui cavitatem temporum, à quibus semicircularis oritur, implens & sensim gracilescens, sub osse jugali, maxillæ acuto processui, nerveo tendine carnibus circundato, ut eam sublevet adnascitur, & alio in ore abscondito, qui crassus at brevis eius temporalis actionem iuvat, & à Pterygoideis sphenoidis processibus nervosus in maxillæ latera infernè finit; deorsum aperiendo utrinque unus, extremis carnosus, & medio nerveus, digastricus propterea dictus, qui à processu styloideo prognatus inferius in mentum implantatur. Masticationis causa eam dextorsum levorsumq; molitores seu mansorij ducunt, qui duobus quasi capitibus nervosis, uno à juguli, altero ab osse primo superioris maxillæ seu malo exortis in maxillam inferiorem mentum versus feruntur, quorum fibræ cum cruciformiter se intersecent, etiam antrorsum retrorsumq; motum causant.

Ossis hyoidis 8. musculi.

Os Hyoides potissimùm ut tendatur musculorum paribus quatuor veluti suspenditur. Nam unum à sterni superiore parte sternohyoideum alterum ab interiore mento geniohyoideum, ad hyoidis basim feruntur; at tertium à coracoide scapulæ processu, coracohyoideum nervosum carnosis extremis obliquè, ultimum à styloide processu styloceratohyoideū, in cornua Hyoidis implantantur.

Musculi 10. Linguæ.

Lingua anguillæ modo volubilis omni motu movetur, hinc utrinq; styloglossi à styloideis processibus qui sursum, à maxilla inferiore myloglossi qui deorsum, superiore à mento genioglossi qui extrorsum, à basi hyoidis ossis, basiglossi qui retrorsum trahunt, orti, linguæ inseruntur, cuius lateribus ad basin, quò dextrorsum sinistrorsumq; ducatur à superioribus hyoidis cornubus ceratoglossi prognati infiguntur.

Musculi faucium sex.

Fauces ut ad cibi ingressum dilatentur, constringenturq; utrinq; à sphenoides portione duos, & unum ab ea parte qua caput cervici jungitur obtinent, quorum illi extremum palati cavum, hic eius posteriora nec non hyoidis latera occupat.

Laryngis 6. communes, & 10. proprii sunt musculi.

Larynx scutiformi guttali & annulari cū epiglottides imposita, cartilaginibus constans, & vocē formans, musculis duobus Bronchijs à sterno per latera asperæ Arteriæ ad scutiformem cartilaginem latis detrahitur, ubi simul eius inferiora dilatantur, superiora verò constringūtur; contrarium alij duo, quibus à lateribus ossis Hyoidis enatis, & in eandem insertis attrahitur, efficit; constringitur autem Oesophageis, quæ à scutiformi prodeuntes œsophagum amplectuntur. Hi sex musculi cum etiam propinquiorū musculorum actionem juvent communes sunt; proprij verò Laryngis paria quinque, admodum exilia, ipsis à Cartilaginibus orta, & eis infixa, suntq; Crycothyroidei antici & postici, Crycoidei laterales, Thyroidei interni & Arythenoidei, quæ constringendo & dilatando Laryngem, & claudunt & aperiunt.

B

Capitis 14 musculi sunt.

Caput totum Mastoideis à superiore sterni parte, & claviculis obliquè in processus mamillares implantatis flectitur, & utrinque splenio complexo maioribus, ac recto majori minoriq;, nec non obliquis superiori & inferiori, triangulum æquilaterum constituentibus parvioribus, omnibus à vertebrarum spinis colli & thoracis ortis ac occipiti insertis extenditur.

Musculi 8. Cervicis.

Cervix seu collum musculis sub capitis sitis octo movetur. Nam longi à quarta thoracis vertebra colli vertebris adnati, & eius potissimum primæ, tendine acuto implantati, ut & scaleno anterius à costis supremis in transversos colli vertebrarum processus prodeuntes flectunt; Transversales autem à transversis thoracis processibus in eosdem colli, & spinati à thoracis spinis in easdem cervicis vertebrarum abeuntes expandunt.

Scapularum musculi 8.

Scapulæ musculi sunt eam primò ob fibrarum exortuumq; diversitatem agens variè Trapezius seu cucullaris, à toto occipite, & prima vigesimam usq; vertebra toti Scapulæ infixus: deìn Levator à tribus supremis vertebris in scapulæ supremum angulum latus, tùm Serratus minor à costis juxta latus ortus, & processui Coracoideo insertus antrorsum: & postremò ducens retrorsum Rhomboides seu quadrangularis, à quarta nonam usq; vertebra spinis, scapulæ basi adnatus.

Musculi Brachii 14. sunt.

Brachium seu humerus ducitur diversimodè & omnibus eius musculis successivè in gyrum volvitur. Attollitur Deltoide vel Epomi, & inferiore superscapulari seu supraspinato, quorum ille ex dimidia clavicula, & tota Omoplatæ spina valido tendine in brachij medium, hic ex cavo supra scapulæ spinam in humeri superiora fertur. Deprimitur latissimo seu Anisculptore totius dorsi qui tegmen, & ab undecima ad vigesimam quartam usq; vertebra, ac ilij sacriq; ossis supremis ortus. Ascendendo supra homoplatam cui parumper adhæret robusto & reflexo tendine, humero sub eius capite inseritur, nec non rotundo majore, qui sub axilla ex infima scapulæ costa in brachij cervicem abit. Ducitur verò antrorsum pectorali seu pentagono multiplici quasi, qui ex clavicula & sterno cartilaginibusq; huius 6. 7. & 8. enatus superioribus humeri, modò axillæ cavum relinquens, implantatur, retrorsum & infraspinato immerso, vel subscapulari, & superiore superscapulari vel rotundo minore, ubi ille ex cavo infra spinam latus & carnosus ortus, brachij capiti infigitur; hic verò cavitatem, in qua oritur implens in articuli brachij ligamentum absumitur.

Cubitorum 8.

Cubitum biceps & brachiæus flectunt, biceps capitibus nervosis uno tereti ab acetabulo scapulæ altero carnosiore ab eius processu Ancyroide in crassum musculum abit, qui appendice carnoso, osse brachij, tendine verò radij anterioribus adnascitur. Brachiæus ab osse brachij anterius in cubitum fertur. Hunc cubitum longus & brevis extendunt, qui ad insertionem, ut separari nequeant commiscentur, ortu verò distinguuntur, siquidem longus lato principio à scapula, brevis posterius ab humeri cui nectitur cervice in olecranum desinunt.

Radiorum 8.

Manum radius musculis obliquis longiore & breviore sibi instratis supinat, horum longior ab inferno brachij, radij infernis brevior ab ulna medio radij implantatur. Pronat autem eandem ille ipse radius musculo quadrato, & rotundo, quorum ille ad carpum carnosus, & membraneus ortus transversim, hic ab interna brachij Apophysi obliquè, in radium absumuntur.

Carporum 8.

Carpus internis duobus ab humeri tuberculo enatis flectitur, quorum inferior quarto, superior indici apposito primo, carpi osse infigitur, & duobus externis ab externo brachij tuberculo productis extenditur, quorum unus inferior, in os carpi quartum minimi digiti ossibus contiguum, alter bicornis radio interjectus, suo bicorneo tendine in os eius primum & secundum inseritur.

Itidem Visio: 1 Faciem 21. — *Quatuor digitorum sunt novendecim musculi.*

Digitos excepto pollice, palmaris, sublimis, & profundus, ab interna & inferiore brachij apophysi producti flectunt, qui omnes tendine rotundo ad carpum quadrifariam diviso digitorum articulis affiguntur, ubi palmaris supra ligamentum annulare internum ad primos, Sublimis perforatus in extremitatibus ad secundos, profundus foramina sublimis permeans ad articulos digitorum tertios abit. At extendunt ab inferiore externo tuberculo humeri duo orti, qui infra annulum carpi exterius divisi, varijs digitorum articulis tendines communicant; quibus unus à medio cubiti, alter à quarto carpi osse ijsdem articulis tendines largiendo accedunt. Verùm horum actionem adjuvant, nec non ut digiti & adducantur quatuor lūbricales à membranis tendines obvolventibus prognati & primis articulis inditi, & abducantur octo interossei à metacarpi ossibus orti, & tendinibus nervosis lumbricalibus misti, per latera digitorum ascendentes, secundis & tertiis articulis, seu internodijs inserti, causant & efficiunt.

Musculi 10, Pollicis.

Pollex peculiaribus musculis movetur. Nam uno à superiore radij parte in eius ultimum seu tertium articulum,

A

Item Visio: I. Faciem 21.

culum, altero juxtà ligamentū annulare carneo enato, in primum secundumq; abeunte flectitur, & duobus uno exterius à radio, qui tertio articulo, altero à cubito qui tendine bifido varijs partibus pollicis adnascitur, extenditur. At tribus in veneris monte lati tantibus à carpi osse medio digito subjecto pollicis ossibus adnatis adducitur, & totidē abducitur, quorū primus ab carpi osse pollici apposito in primum illius internodiū, secundus & tertius juxta indicē ab osse metacarpij in primum & secundū ejusdē articulū abit. Quatuor verò mercurij mōtis musculi minimi digiti ossibus inserti, qui unus videntur, eum abducunt. At de his magna diversitas.

Thoracis musculi 59.

Thorax distenditur aër si inspiratur, & si cum aëre fuligines exspirantur contrahitur. Illud quidē musculis, primo subclavio interius à jugulo obliquè in anteriora primæ costæ inserto; dein serrato majore à scapula in sex superiores costas implantato; tùm huic contiguò, (qui pars obliqui descendentis epigastrij agnoscitur) superioribus costis alligato; post serratū posticū & superiore sub rhomboide à septima octava nona & decima vertebris tripartitò, in tres superiores, & inferiore à vertebrarum vigesima, & vigesima prima spinis in inferiores quatuor costas, pectinatim abeuntibus; & tandem intercostalibus ad cartilaginē desinentibus externis undecim fibris deorsum in proximam inferiorē à superiore costa latis, & ad sterni cartilagines finientibus efficit: Hoc verò alijs, nimirum primò internis undecim intercostalibus, externis quidē contiguus, at illis quia eos decussatim intersecant, & ortu & implantatione contrarijs; deinde triangulari ex sterno inferius prodeunte & obliquè cartilaginibus ibidem innato; tùm sacrolumbo à sacro osse & lumborum vertebris orto, ac mirabiliter parte tendinis una sursum, altera deorsum sese invicem intersecando costis singulis inserto: & tandem diaphragmate à lumborū vertebris costis nothis, sternig; inferioribus carnosus, in se rotundo membraneo tendine desinente insequitur.

Abdominis musc. 10.

Musculi abdominis decem sunt, qui motus thoracis plurimùm adjuvant, dicati aliâs fæcum fœtuūq; expulsioni. Nam descendētes costis nothis & pubis ossibus nervosi adnati, & è lumborū vertebrarū ligamentis exorti, instar reliquorū enervatis quasi tendinibus membranei in abdominis mediū seu lineā albam, quæ à mucronata cartilagine ad ossium pubis cōmissuram ventrē in dextrā & sinistrā partē discriminans promissam abit, feruntur, quibus ex æquò tàm ascendentes fibris hos decussatim secātes, latisq; suis tendinibus rectos includentes, quàm transversi peritanæo, à cujus productionibus omnes perforantur; cōtumaciter adhærentes substernuntur. Rectius verò à pubis ossibus, ubi eis pyramidales roboris gratia adduntur orti, ventrē conscindunt, qui invicem umbilicum circiter coëunt, & superius nervosis aliquot transversis lineis intersecantur, sternig; extremo adnascuntur, quorū descendentes abdominis partes laterales superiores, ascendentes inferiores, transversi omnes, recti cum pyramidalibus medias spinā versus cōprimunt, at relaxati dilatant. Dorsum cuius nomine hîc spinem intelligo, varijs musculis antrorsum retrorsum, & ad latera detorquetur, quorū par inferius ab ileo & sacro osse per vertebras lumborū ad infimas costas desinit, alterum ab eodē principio vertebrarū omnium processibus adhærens ad caput usq; fertur; tertiū à lumborū apophysibus ortum, variè & spinis, & transversis vertebrarum ipsorū lumborū thoraciq; processibus internè externeq; inseritur. Quartum & quintū par à supremis vertebris thoracis illud à lateribus, hoc spinosis processibus natū, ijsdem omnibus cervicis processibus implātantur. Anus sphincteribus uno carnoso inferius ab osse sacro producto, & rectis fibris circuli more recti intestini extimū ambiente, ac altero paucioribus fibris donato cutaneo clauditur. At à levatoribus duob. latis, tenuibusq; ab interna pubis ischijq; ossis regione externæ intestini recti tunicæ nexis levatur. Vesica etiā sphinctere cervicē eius circumiente coarctatur, & pro nutu nostro constringitur. Testes in viris & uterus in mulieribus cremasteribus suspendūtur. Penis verò portionibus duabus à sphincteribus ani productis & canalis urethræ lateribus infixis, nec nō alijs duobus ab appendice ischij ossis obliquè ascendentibus [illegible] tur, amplificaturq; eo modo, quo carnosis particulis clitoris seu tentigo in mulieribus tenditur. Femur, reconditi in abdomine musculi, unus ex vertebra lumborū prima & secunda, alter ex ossis ilij interna cavitate orti, & in rotatorē magnū implantati flectunt, at tres sibi subjecti vates efformātes, & ab ilio nec non sacro osse enati & tendinibus latis rotatori inserti extendunt, adducunt triceps pro tribus musculis numeratus, summæ & imæ pubis cōmissuræ nexus & parvo trochantere infixus, at quadrigemini 4. qui quasi transversi sibi similes ab ischij tubere prognati & rotatori magno inserti, ut & externus internusq; obturator, qui ambo foramen coxendicis, cujus ambitu enascuntur implendo, ille in cavū, hic supra coxendicē reflexus in radicē trochanteris magni fertur, abducunt, & omnes simul agentes circūagunt.

Dorsi 10.

Ani 4. musculi.

Tibiarum 22.

Tibia tribus quorū duo anterius, unus interius à tubere ischij fertur, & uno partim à cōmissura pubis, partim femore exteriore ortis, & suis tendinibus in posteriora tibiæ finiētibus flectitur, ac à recta lacertæ forma, ab extima inferiore ilium spina, vasto externo à trochanteris magni & interno à trochanteris parvi radice ac crureo à cruris osse enatis, & desinentibus in tendinem unicum, anterioribus tibiæ (genu simul ligamenti instar qui nectit) latè insertū extenditur; adducitur intro longissimo & popliteo, quorum ille obliquè ab ilij spina, hic quadrati formæ à tubere inferius exteriore femoris in internā tibiam infigitur; abducitur autē fascia lata, quæ ab ilij ossis spina carnosa orta, latiore suo tendine omnes crurū fermè musculos circundans obliquè exterius per tibiam descendens in pedē cessat. Pes tibiæo & peroneis flectitur. Ille superius à processu tibiæ juxta fibulā prognatus, & anticus intra tibiæ mediū angustatus, tendine suo ad extremū bifido in os tarsi pollici appositū abit. Hi peronei primus & 2. invicē in progressu, ac si unus essent permixti, à fibulæ superius & perones medio, qui vis peculiari capite orti, tendine etiā duplici per plantā pedis feruntur, & una parte osse pedij ad pollicē, altera minimi digiti inserūtur. Extenditur autē gastrocnimijs seu gemellis Soleo & plantari. Gemelli, internus ab interno, externus ab externo femoris capite orti, & ad tibiæ mediū carnosiores redditi, sub se soleū, qui à tibia & perones cōmissura ortū ducit, complectūtur; cum cujus tendine etiā ipsi suis tendinibus comeuntes, unū magnū & validū tendinē calcis principio insertū constituunt. Plantaris a. musculus gracilis est, qui ab externo femoris capite carnosus statim sub poplite longo, & tenui tendine ad astragulū abit, & calci per cujus cutim etiā dispergitur implantatur. Digitos tandē quatuor pedis, magnus seu profundus, & minor seu sublimis flectunt. Ille superius à tibiæ anteriore parte carneus enatus, secundū eius longitudinem tereti tendine ad internū malleolū, ubi ligamento à tibiæ appendice exorto donatur, abit, & sub planta 4. tendinibus, minoris tēdines perforantibus, tertijs digitorū articulis inditur. Hic minor, à calce ortus in medio pedis plantæ locatus, tendinibus quatuor perforatis secundæ articulationi implantatur; extendunt unus superius ab externa tibia eductus, & sub ligamento, cui adhæret in tendines 4. sectus, qui cum alterius à tarso orti, & statim in 4. tendines, siquidē minimo nullum cōmunicat, desinentis, tendinibus, per totā quatuor digitorum, longitudinē excurrit. Digitos hos lūbricales quatuor sub planta siti adducunt, at interossei decem à pedij ossibus per metapedij ossium spatia lati adducunt. Pollex flectitur uno à fibula, at altero à medio tibiæ enato extenditur, qui tendinibus suis sub malleolo & planta ad eius articulos progrediūtur; adducitur musculo à primo internodio minimi digiti orto, & carnosiore reddito transversim juxta digitos ad pollicē abeunte, cujus primo articulo tendine brevi parumper introrsum infigitur; at opera musculi osse pedij maximè intus attensi, à quo carnoso principio enascitur, & mox primo pollicis ossi implantatur abducitur. Tot mihi sunt musculi, quanq; extra dubium sit, quin horum duo tresve, quandoq; pro uno, aut è contra, reputari possint, ut inde eorum numerus incertus, quorum tamen semper plures quadringētis numerantur, & per hos qui voluntarij motus instrumenta sunt, tàm subitò membrorum cōmotionem fieri res miraculi plena, idq; nō solùm propter musculorum multitudinem, sed & propter eorū, quæ motus animales intercedunt pluralitatē. Nam ut objecta externos sensus afficientia, interiores discernant, & ratio quæ assequenda, quæ fugienda suadeat, necessum, rationis cujus consilio musculi statim obediunt, & sic ex cerebro per nervos spiritus animales, ceu motores alliciunt, & suis fibris contractis in sese, tam tendines quam illis alligata ossa & membra, pedes nempè manus, &c. trahunt rursumq; remittunt, & hanc constrictionis relaxationisq; vicissitudinē eò continuant, quousq; voluntas, & ratio in tuto sese collocata esse agnoscant. Quam momentaneè autem hæc efficiantur patet quidem sensui, rationi autē non æquè. Vnde & hæc quoq; in nostro proprio, quæ contingunt corpore rationis nostræ in operibus divinis debilitatē, & intellectus in scientijs imperfectionem imò fragilis nostræ naturæ fragilitatē manifestò declarant. Vt hactenus de membranis & carne sic in sequentibus de reliquis similaribus dicetur partibus, modò, quia superius pinguedinis mentio facta observetur, multis in Humano corpore locis pinguia, quæ ex sanguinis tenuiore oleosa pura & optimè concocta parte, per venarum orificia extillante, ob membranarū & ossium, à quibus luteum [illegible] bicans ipsis obtingit color, frigiditatē siccitatēq; condensantur, occurrere, quæ qualitatū harū ratione, ut in ossium medulla, pinguedine cuti subjecta, & adipe cordi renibus & alijs partibus adhærescente videre licet, celerius difficiliusq; & liquātur & cōcrescunt; quæ tam ut & alia nonnulla ac capilli ungues glandula quadā &c. partes corporis propriè dici nequeunt, etiamsi corpori & ornamento & munimento sint.

B

Pedum musculi sunt 14.

Digitorum pedum Pollice excepto 34. sunt.

Item Visio: I Faciem 22.

Pedum pollicum 12 sunt

Incertus numerus musculorum.

Actio musc: miraculosa.

Quid requiratur ad muscul. actionem.

Opera divina exactè Ratio nostra non capit.

Quid ping[illegible]

PINAX VISIONIS CATOPTRI MICROCOSMICI PRIMÆ,

SIVE

Explanatoria literarum & characterum Catoptri Microcosmici Visione prima spectabilium omnium & singulorum Tabula.

Facies 1.
Huius Figura A.
Partes externas anterius in superficies apparentes denominat.

aci Caput
abc Pars Capillata
a Synciput
b Uertex
c Occiput
d Tempus
e Auris
. Frons
**fgi* Pars Glabra *seu* Facies
f Mala *seu* Gena
g Bucca
h Mustax
i Mentum
k Cervix, *hîc Nucha quæ setaceo perforatur*
ll Iuguli
mm Claves
n Uola circa quam Montes
opqrs Digiti
o Pollex
p Index
q Medius
r Annularis
s Auricularis
t Gibberi interna cavitas
m a.i. TruncusCorporis
muyxa. Thorax
uu Pectus
xx Crates Costarũ
yy Mamma
z Papilla cum Iride
a. Scrobiculus Cordis, *hîc stomacho Topica applicantur*
a. A e.e.i. Infimus Venter
b. Hypochondriũ dextrum, *remedia hîc admoventur hepatica.*
c. Hypoch: sinistrũ
d. Epigastrium *seu* Umbilicalis Regio
A Vmbilicus
e.e. Latera
f. Hypogastrium
g.g. Ilia
h h Inguina *sev* Bufones
i Uirilivm & Mulierium regio
k.k. Femorum anteriora *hîc scarificatio menses provocat.*
l. Patella
m. Genu
n Tibia
o. Tarsus
p. Metatarsus *sev* Dorsum pedis
q. Malleus internus
r.s.t.u.x. Digiti Pedis

Figura B.
Venas cutaneas quæ cuticula remota anterius in cute apparẽt, notat.

a Iugularis externa, quæ exterius per Occipitium, interius in Os absumitur
b Huius ramus ad Buccam & Nasum
c Vena frontis alterius lateris Venæ iuncta
d Vena temporis
e Vena Auris
fg Rami ab Axillari
f Cephalica
g Hepatica *seu* Basilica
h Mediana ex Cephalicæ & Hepaticæ Ramorum congressu
i Hepaticæ rami per Uolam sparsi
kk Venę à musculа
ll Venæ à Mammaria
mm Propagines à Venæ Cavę Ramis emergentes
n Rami ab Epigastrica ascendentes
opr Vena Cruralis jnterior sev Saphæna
o Huius ramus per Inguina
p Huius ramus per Femora
q Tibiæa jnterior *seu* Popletica
r Saphæna
s Vena ad Pollicẽ Cephalica
t Anonima ad minimum digitum
u Cruralis Vena exterior *seu* Muscula
x Tibiæa exterior *seu* Suralis
y Ischiadica

Figura C.
Musculos anterius conspiciendos exhibet.

a Musculi frontis
b Temporalis musc:
c Palpebræ 1. musc:
e Musculus 3 alæ nasi in labium superius implantat'
d Labij superioris musculus
f Glandulæ sub auribus
gg Platysma myoides
h Musculus maxillæ 2. seu masseter
i Buccas formans musc: seu Buccinator
k Labij inferioris musculus
l Ossis hyoidis 2 musc: sub mento
m eius musculus 3. maxillæ adnatus
n Musc: Capitis 7.
p Laryng: musc: 1. communis
q. eiusdem 2. communis
rs Musculi *r* Capitis 7. duo principia *st u* Capitis & colli musculi confusi
x Aspera arteria à muscul: libera
yy Ossis hyoides musculus 1.
zz Eius muscul: 4 duo ventres
a. Levator
b. Capitis 7. musc: portio
c. Foramen Auris
d. Os squãiforme
e. Occiput
C C Musculi pectorales
f Musculus serrat' superior
g.g. Inferior
h. Clavicula
i.i.i. Costæ
k:k. Musculi intercostales externi
l.l. Sternum
m.m.m.m. Musculi obliquè descendẽtes
n.n.n. Eorum fibrę
o. Vmbilicus
p. Virga penis
q. Testis dexter, quorũ sinister ad latus detrusum
r.r.r.r.r.r. Peritonei productiones in Viris.
f.f.f. Musculi obliquè ascendentes
t.t. Fibræ eorum
u. Vmbilicus
x.x.x.x.x.x. Musculi recti
y.y.y.y. intersectiones eorum
z.z. Linea alba
:a Vmbilicus
.b. b Pyramidales musculi
.c Locus de quo mentula abscissa
.d.d Musculi transversi
.e.e Fibræ eorum
.g.g Glandulæ inguinales
.h Tibiæ muscul. 2.
.i.i Femoris 8. musculus, intra hunc & Musculum *.k* fertur Longissimus & fascia lata
.k Femoris 6. musculus
.l Rectus seu Tibiam extendens 4.
m. Genu vbi & patella tendinibus & ligamentis tecta
.n Tibiæ Os excarne
o. Peroneus prim'
.p Gastrocnimius internus
q Gastrocnimius externus seų Tibiam extendens 1.
.r Pedem extendẽs 4. seu solæus
.s Tibiæus anticus
.t Plantaris
.u Digitorũ tensor
.x Malleus intern'
.y Portio adductoris digitorum super: hîc ligamentum pedis transversum
.z. z Tendines à tensore digitos
e Gastrocnimij externi portio
:g Abductor digitorum superior
:h Sinus seu cavitas
:i: i Tendines abscissi
:k Tibiæ os anterius excarne
:l Digitorũ flexor
:m Tendo abscissᵒ de pollicis musc:
:n Tendines extẽdentium digitos secundi pedis
:p Cubiti muscul: 1. seu biceps
:q:y Cubiti musc: 3 seu longus
:rt: Brachiæus
:s. e. Radij pronator alter
:t z:b: Radij supinator primus
:u Muscul: in vola
:x Flectentium 4. digitos .1.
:y Interosseus
:z Extendentium 4 digitos 4
a: Ligamentum transversum brachiale
b: Flectentium pollicem 2.
c: Tendines 4 digitos flectentium 1.
d:d: Manus cavitas
g: Flectentium pollicem 3
h:l:m: Extend: digitos 4
i: Carpum flectẽs 1.
k: Digitorum musc: portiones
n: Extend: pollicẽ 3
p: Vola manus
q: Tendines prout sese invicem proforant
o: r: s: Flectentium pollicem 4.5 & 6.
u: Portio bicipitis
x: processus superior humeri denudatus
a. Processus inferior humeri
.d. Radius nudus
.e. Os cubiti
.f. Sinus inter ossa
.g. Radij pronator 1. & quadratus
.h: Flect. pollicẽ tertij tendo abscissus

Figura D.
Venas Corporis explicat.

aaa Sinus cerebri
b Rami à iugularibus internis
c Vena frontis à
dd Ramis à jugularibus externis ortis
e Iugularis externa
ff Iu

E	F	G	H

E

ff Iugularis inter:
g Subclavia axillaris vena se ad brachium extendens
h Cephalica à qua paulò superius in tercostalis & musc[u]la oriuntur
i Iugularis externę partitio
k Venæ Cauæ in subclavios ramos distributio
l Iecoraria, hepat:
b m o p l Cephalicæ progressus
n Cephalicæ divaricatio
o Medianavena
l q p Hepaticæ progressus
u u u u Vena azygos à qua interco:
x x Mammaria
y Venæ coronariæ
z Foramen quod in Cor hiat
a. Vena cava in hepate ubi eius radices videntur uni tæ & dispersæ per radices venæ portæ & superius phrenica est
a. Vena portæ abscissa
a. k. Truncus venæ cavæ descendens
e. e. Venę ëulgentes
d d. Vasa per renes
e. e. Venæ adiposæ è quarum sinistra [sp]ermatica oritur [r]amulus ex adiposa vena
g g. Vreteres
h h Spermaticę
i. i. i. i. Vēæ lūbares
k. Diuisio in rāos Iliacos
l Venæ sacre
m. n. o. r. Muscula superior
p. p. Epigastrica
q. Muscula inferi:
f. f. f. z. Saphæna
t. Suralis ramus
u Poplitea
x. Ischias maior
t. y. y. Suralis rami deductio
z. Saphæna vbi secari solet

Figura E.
Arterias Corporis enumerat.

a a Rete in anterioribus Cerebri ventriculis mirabile
b b Ramus Carotidum ext: Rete seu plexum choroidē constituens
cc Carotdum ex ter: diuisio
d Diuisio aortæ in subclavios ramos vbi Carotides externæ oriuntur
e e e e Carotides internæ abscissę
f i k Axillaris arter:
f Mammariæ ad vmbilicum vsque descendentes

F

g Muscula ad cervicis musculos
h Thoracica supe:
i Thoracica inferior
l Axillaris diuisio
l m Rāus eius super:
l n Ramus inferior
o o o Filamenta ei' per manum
p p Arteriæ interco:
r q Truncus ascendens Aortæ
r s t Truncus descendens Aortæ
r Aortæ magnæ foramen de quo cor abscissum cū vena arteriosa iuxta hoc Caronariæ arteriæ
s Cæliaca magna
t Mesenterica art:
u Arteria splenica
x Rami per splenis parenchyma
y Gastrica
z Gastricæ maior ramus dexter
a b Gastricæ sinister ramus
c. Gastroepiplois dextra
d. Arteria hæmorrhoidalis
e. e e. Rami Mesentericæ per mesen:
f. Gastroepiplois dextræ ramus ad omentum
g. g: Adiposæ arte:
i. i. Emulgentes
k. k. Art: per Renes
l. l. l. Arteriæ spermaticæ
m. Arteriarum Mesenterica inferior abscissa
n. Trunci descendentis diuisio in Iliacos
o. Arteriæ sacræ
p. Muscul: superior
q. q. Epigastrica
r. r. Muscula Cruralis exterior
f. interior
t. Suralis
u. x. Tibiæa exter:
u. y. Tibiæa poste:
z. Filamenta earū per pedem

Figura F.
Ossa cum nervis ex plicat.

a Os Frontis
b Temporum os
c Os squamiforme
d Orbita oculi
e Os jugale
f Os syncipitis
g Maxilla superior
hh Maxilla inferior
i Interseptum nasi
kk Os claviculæ
l Scapulæ sinus
m Humeri seu os brachij
n Summitas hūeri
o imum humeri
p Cubiti os inferi' seu vlna
q Cubiti os superi: Bra-

G

r Brachiale
s s Postbrachiale
t t Nervi ex lumborum vertebris
u u u circa costas
x x x Costæ
1 2 3 4 5 6 7 vertebrę Cervicis
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 Thoracis vertebræ
1 2 3 4 5 Lumborū uertebræ
1 2 3 4 5 6 Os sacrū
1 2 4 Os Coccygis
z. Summum sterni
a. Cartilago Ensiformis
b-b. Sternum
c. c. Ilium os
e. e. Ischij os
d. d. Os pubis
f. Nervi ex osse sacro
g. g. Femoris processus maior
h. h. Femur
i. i. Minor femoris processus
k. Patella
l. l. Processus inferiores femoris
n. n. Tibiæ os interius grandius
o Os naviculare
p. Fibula seu Tibiæ os exterius gracilius
q. Tarsus ex quatuor ossibus
.a Cruris neruus crassissimus
.b Eius in poplite divisio
.c Eius interior & crassior truncus in poplite
.d Eius reliquum tibiæ anteriora & pedis superiora pervadens
.e f g Filamēta nervorum
.h Medulla intra Cerebrum
.i Primus nervus
.k Secundus nerv'
.l Tertius neruus
.m Quartus nervus
.n Nervorum mirabilis progressus
.o p. q. r Nervi maximè cum venis & arteriis per brachium dispersi
.f. f Filamenta eorum per manum
.u. u Medulla ossis sacri meningibus intecta
.x. x Nervi inde prodeuntes
.z Medulla detecta
** Membrana meningium lacera

Facies 2.
Hu ius Figura A. Superficiem seu ex terius hominis partes denominat.

a Frons
b Oculus
c Nasus
d Os, *quod claudunt* Labia duo

H

e Collum
f Guttur
g g Axilla *seu* hum:
b b Brachium
g Gibber
k Cubitus
l Vlna
m Carpus
n Metacarpus
o o Scapulæ
p p p p Dorsum
q q q Spina dorsi
A Renum regio
f f Coxendix *seu* coxa, *hic ad Ischiadem topica conferunt,*
t Os sacrum
u Coccyx
x Nates, *seu* clunes
y Femorum po ste:
z Poplex
a. Sura
b. Pes parvus
c. Malleus externus *iuxtà hunc pedum ca villa*
d. Calcaneum *seu* calx
e. planta pedis
a-a. Pinguedo
b. b. Panniculus carnosus

Figura B.
Venas cutaneas in posteriori cutis facie pellucentes proponit.

a Vena puppis
b c Ram: à jugularibus
d Cephalica
e Mediana
f Cephalica vena
g Cephalica circa pollicem
h Salvatella
ii Harum venarū alij rami per manus carpum
kk Surculi musculosæ venæ
ll Venæ Hu merū
B. Tergum
m m n Surculi à Lumbaribus
o Venæ per nates ab externo venæ cauæ ramo.
p p p Eiusdē ramuli
q q q Rami à crurali externo ad coxendicem
r Rami sursum femur posteri' per reptantes
s Vena cruralis interior
u y Rāus à crurali
z Vena minimi digiti pedis

Figura C.
aliquot musculos enumerat.

a Cranium denudatum
b b b Trapezius
c c Complexi, seu Capitis secundē par
d d Splenij, seu capitis 1. par
e e Recti maiores finte

I

f intermedium inter Rhomboides musculos
g g Rhomboides seu 3. scapulę
bb Deltois seu Humeri secund⁹, iuxta quem Rotundus maior seu Humeri quartus est.
ii Dorsi musculi parum hîc eminē-tes
Infraspinatus
l Superscapularis inferior seu Humeri quintus seu supraspinatus
m Rotundus maior
nn Biceps
p Cubiti quintus seu eum extendens
q Longus extendens
r Brachiæus
Musculus tertius Cubiti
t Cubiti quartus
Musculus radij longus
x Extensor superior carpi bicorni tendinis
y Ligamentum iũ-ctura brachij
z Gibber
a. Primus Carpum flectens
b. Extensor inferior Carpi
Musculus brevi or supinans manum
d. Musculus longior supinans manum
e. Rotundus manum pronans
f.f. Tendines ad digitos
Palmaris
Sublimis
... endentium digitos quartus
... xtendentium digitos secundus seu profundus
Extendentium 4 digitos tertius
Extendentium pollicem 1.
... tendentium 4 digitos primus
o.p. Tendines extendentium
r. r. Latissimus seu humeri quartus, Aniscalptor
r. r. Natium auctor, seu femur flectens
Triceps
Os Ischij
Quadrigemini
Rectus musculus
Tibiæ tertius seu feminervosus

K

lus
c Portio membranea
d Tibiæ 4. seu biceps
e.g..n Vastus externus seu Tibiam extendens tertius
h Tibiam extendens 1. seu vastus internus
iy. Tibiæ muscul⁹ 5. seu semimembraneus
k Gemellus externus
l Sinus vasa cruris vehens
m Gemellus internus
o.r Digitorum flexor alter seu 3. flectentium pedis digitos
p Astragalus
q Musculi Plantaris extremitas
s Soleus muscul⁹
t Magnus seu profundus musculus
u Muscul⁹ minor seu sublimis
x Tendines digitorum flectentiũ

Figura D.
Musculos, aliquot remotis, alios denominat.

a Caluaria
b b b Splenij seu Capitis primũpar
c c Complexi seu musculi capitis 2. par
dd Musculi ceruicis 3, siue transversales
e e e e Musculus ceruicis 4. siue spinati
f f Obliqui superiores seu quintum par Capitis
gg Capitis musculi 3, par, seu recti maiores
h Glandulæ circa aurem
ii obliqui inferiores seu 6. par
k Serratus seu posticus superior, seu thoracis quartus
m m Spinatus seu cervicis quartus
n Longissimus vel 4. dorsi
o o o Sacrolumbus seu Thoracis 6
p p Serratus posticus inferior, seu 5. Thoracis
q q q Intercostales exteriores
r r r r Costæ denudatæ
s Scapularis inferior seu Humeri quartus
t Dorsum scapulæ excarne
u Ligamentum

L

humeri, iuxta quod superscapularis superior seu humeri 6.
x Superscapularis inferior seu humeri 5.
y Rotundus maior seu Humeri 4
z. Musc: cubiti 4. siue breuis
a. Cubiti musculus 1. seu biceps
b. Cubiti muscul: 2. seu brachiæus
c. Cubi: musc: tertius sive longus
d. Radij supinator breuior
e. Cubitus
f. Radius
g. Extendentium 4 digitos 1. 2. & 4.
h. Interossei musc:
i. i. i. abdominis musculi descendentis portio
k. abdominis musculi ascendentis portio
l. Trãsversi port:
m.m. Femur extē-dentium tertius
n. n. Femur circumagens seu obturator externus.
o. o. Flectentium femur secundus
p.p.p. Tibiæ musc: gracilis seu flectentium 2.
q.q. Semimembraneus seu tibiam flectentium 5.
r.r. Ilij ossis dorsum excarne
s. s. Femur extendens, 3. seu Gluteus minor
t.t. Dorsi muscul: 1. seu quadratus cui subiacet sacer seu 3. dorsi
u.u. Dorsi 4. musc: seu semispinatus
x.x. Ligamentum membraneum ossis pubis foramē occupans
y. Lumbaris seu femur flectens primus
z. Vastus extern9
a Marsupium carneum circumagē-ti femur secundo adhærens
b Tibię musculi 6, carnosa pars
c Triceps seu quadriceps seu femur extendens 5.
d Poplitæus seu tibiam obliquè movens
e Pars vasti interni relicta
ff. Ossis femoris sedes excarnis
g Tibiam extendens 2.
h Digitorum flexor magnus

M

i Peronæus 2. seu pedem flectens 1.
k Peroneus seu pedem flectentium secundus
l Pollicis tensor
m Tendo ex trib⁹ pedis musculis or tus, calci insertus
n Tendines à 4 Lumbricalibus musculis
o Tendines vt invicem permeant

Figura E
Ossa averso Corpore picta proponit.

a Occiput
b Interstitiũ nasi
c Maxillæ inferioris processus
d Os temporum *seu* context⁹ squamiformis
e Portio ossis Iugalis
f Maxilla inferior
gh Synciput *seu* Sedes calvariæ lapidosa
i Orbita oculi
k Ceruicis verteb:
ll Duodecim Thoracis vertebrę cũ Costis
**Nervi cum costis lati abscissi
m Quinque lumborum vertebræ
n Os coccygis & inter *m* & *n* os sacrum
pp Omoplatæ *seu* scapulæ
q Scapulæ processus
r Claviculæ portio
s Humeri os *seu* Brachium
t Caput Humeri
u Cubitus
x Ulna *seu* cubitus
y Radius *seu* fibula
z Postbrachiale *sive* metacarpium
a a. Carpus *seu* Brachiale
b.b. Ossa digitorũ circa quorum articulationem sesamoidea ossa locantur.
c.c. Coxendicis ossa
c. c. ossa Ilium
d.f. Ischij ossa
e. Foramen pro nervi Iliaci descẽ-sũ satis amplum
g. h. k. Rotatores femoris
i Femur
k. Genu vbi anterius patella est
l. Fibula seu canna minor
m. Tibia seu cãna maior
n. Plantæ 5. ossa
o. Astragalus
p Os Naviculare
q. Os Calcis

N

Facies 3.
Impregnati mulieris uterum cum fœtu proponit.

A Venter fœminæ gravidę, instante fermè partus tempore
a Mamma
c Pecten
b d e f f g Muliebria expansa
b Clitoris
d Carunculę cuticulares
e Foramen vulvæ
ff Colles
g Hymen
b b b Glandulæ mãmam constituentes plurimæ minores
k k Glandula maxima circa pupillã
l Cartilago Ensiformis *seu* xyphoides
m m Costæ
n n Musculi intercostales exteriores
oo Vasa intercostalia
pp Musculi serrati
q Ventriculus cui ad latus splen locatur
r Hepar
s Vena vmbilicalis
tt Intestina
u Vmbilicus
x Vesicę fundus
yy Vesicæ cervix
z z Vterus
a.a. arteriæ vmbilicales
b Vrachus
c.c. Cartilago intra ossa pubis
d.d. Ossa pubis
e.e.e.e. Crassities vteri secundum lõ-gitudinẽ dissecti
f.f. Os vteri interi⁹
g.h.i.k.k.k.k. Interna vteri impregnati cavitas
g. Linea quasi dividens per mediũ vterum
h h.i.i. Locus vteri cui hepar vteri num unitur.
b.b.b i.i.i. Hepar uterinum
l l.l.l. vasa per chorion
m.m.m. membrana chorion
n.n. vasa umbilicalia extra fœtum
o.q t.u. Membrana Amnios seu indusium
o. Ingresſ us vasorum vmb: unitorũ per Amnios
p.p.p. Serum à fœtu intra membranas
s. s. u. Ipse fœtus prout situatur in matrice intrà mẽbranas.

O

Facies 4.
Fœtum cum eius membranis.

a Hepar uterinum in chorio
b Chorij facies ex:
c Chorij facies int:
d Vasorum umbilicalium cõjũctio
ee Amnios externa
ff Amnios inter:
gg Vasa ũbilicalia:
h Nodulus in vas
ii Infans uti complicatus sedet in utero.

Facies 5.
Embrionem notat.

a Embrio 15 dierũ
b Vasa umbilicalia abscissa
c ingressus vasorũ per umbilicum

Facies 6.
Oculi partes enucleat.

a l b i Oculus
a Major *seu* cãthus internus oculi, *ubi caruncula lachryma lis, & duo foramina,*
b Minor *seu* oculi canthus externus
cc Oculi album
d Palpebra superior mobilis
e Palpebra immobilis inferior
f Pupilla cũ iride
gg Tarsi
bb Cilia *seu* pili pa:
i Cavum superioris palpebræ
k Supercilium
l Subcavum inferioris palpebræ
m m Musculi recti oculorum
nn Inter musculos adeps
oooo Optici nervi
p Opt: congressus
q r Tunica adnata ad Corneam desinens cui anonimos adhætet
qq Processus ciliares
rr vasa huius tunicæ
s t u Tunica Cornea
s vasa huius tunicæ
tt Iris in oculo
u Pupilla, nigrum seu fenestra oculi
xy Tunica vuea
x Eius foramen pupillam constituens
y vasa eius
z z Neruus optic⁹
a. Humor chrystallinus
b. Humor uitreus
c. Ligamentum Ciliare
d. Tunicæ corneæ pars pellucida infra quam opaca est

P

e. Tunica adnata
f. Tunica vuea
g. Retiformis tunica
h. Humor aqueus
i. Humor chrystallinus
k. Humor uitreus
l.l. adeps intra musculos
m.n. Musculi duo obliqui
o.o.p. p. Musculi duo recti

Facies 7.
Partes auris notat.

A Ossis temp: pars
aafg Auris exter:
aa Capreolus, auris circumferẽtia *vel* helix
b Anthelix *seu* interior ptuberãtia
c Concha
d Hircus, *hic pili nascuntur*
e Meatus auditorius *vel* alveus
f Ala
g Fibra *seu* auricula
h k l m n Os petrosum
i Meatus auditori⁹
n n Substantia cavernosa ossis petrosi interna
o p q Tympanum
o Myringa cui tria auditus officula connata
p Musculus intympano
q Tympãi cavitas circulo circumducta osseo
r Labyrinth⁹, sunt in eo tres concamerationes
s Cavitas secunda in osse cum tribus cuniculis

Facies 8.
Cochlea cum labyrintho auris,

Facies 9.
Tria auditus ossicula conjuncta, & aversa parte picta,

Facies 10.
Ossicula auditus divulsa, & sunt 1. malleus 2. incus 3 stapes.

Facies 11.
acee Mesenterium
a Mesenterij centrum, *hic peritonæo annectantur,*
b b Corpus glãdosum vasorum divisionibus assistens
ccc Glandulę quarum sũnt plurimæ per mesenterium
d Omenti inferior menbrana
e Mesenterij pars quæ intestinum rectũ dorso alligat,

Facies 12.
Os diductum & Cor recens natorum monstrat.

Q

A A *a b* Os distractũm, ut fauces & cavitas interna pateat & videatur.
A A Buccę *aut* gẽę
a Nasus
b Palatum
cccc Dentes
d Uvula
e Epiglotis
ff Gula
g Lingua
h Mentum
ii Cartilagines arteriæ asperæ
kk nervi recurren:
ll Sexti nervorum paris filamenta, q̃ coalescẽtia recurrentẽ constituunt
mm Nervus 6 par:
o Vena arteriosa
p canalis magnæ aortæ in venam arteriosam
qtx Magna arteria
rr Carotides arte:
ss Asperæ arteriæ abscisi rami
t Descendens trũ-cus arterię magnę
u Arteria axillaris
x Arter: asp: truncus ascẽdens
yy Vena cava *superius aperta, ubi* foramen quod in arter: venosam hiat,
z Venosa arteria
b. b. Pericardium
c. Auricula dextra
d. Auricula finist:
e. e. Cor
f. f. Vasa cordis
g. Basis cordis
h. Mucro

Facies 13.
Diphragma proponit.

acf Diaphragma *vel* septum transversum,
aaa nervosa pars *aut* membraneum septi
bbb Pars carnosa
c divisio ejus pro arteriæ magnæ & azygos ramorum descensu,
d foramen dextrũ pro ascensu venæ cavæ trunci
e foramen sinistrũ pro œsophagi asc:
ff exortus carnosi
gg vasa per diaph:

Facies 14.
Os hyoides cũ.

a Basis cui lingua innititur,
bb Processus anter:
cc Pr: posteriores

Facies 15. 16. 17. 18. 19. & 20.
Laryngis cartilaginesexplicat.

abb Os hyoides
bb ejus processus
cccc Cartilaginea tubercula ligamẽtis cohærentia, os hyoides & scutalẽ cartil.

R

cartil: nectentia
d Epiglottis
e Scutiformis *aut* thyoidis cartilaginis interiora,
ff Arythenoidis
g Crycoidis cartil: posterior pars
h Membrana ligamentosa brõchiorum circulum cõplens & nectens
ii Bronchij

Facies 16.
a Bronchij superi:
b ejus facies infer:

Facies 17.
a b c Cartilago annularis *vel* crycoidis
a Regio crycoidis inferior circularis
b Crycoidis facies lateralis
c interior crycoidis cavitas

Facies 18.
ab Arythenoides *sive* cartil: guttalis
a ejus pars una
b ejus pars altera.

Facies 19.
abcd Thyoidis *vel* scutalis *sive* scutiformis cartilago
a a Processus supers
a b Proc: inferiores
c Sinus cui epiglottis annexus
d Exterior facies

Facies 20.
a Epiglottidis facies palatũ versum
b Epiglottid: apex

Facies 21. 22.
Musculos digitorum manus pedisq; monstrat.

a Digitos flectẽs 4
b b Digitos 4 flectẽtium primi tendines abscissi
cc Tendinum cõmixtio
d Carpũ flectens

Facies 22.
a Flexor pollicis
b Digitorum flexoris magni divisus tendo
cc Tendinum cõmixtio
d Digitos pedis flectens secundus

Facies 23.
Dentes pingit.

1 2 Canini
3 Ocularis
4 5 6 7 8 Molares

Facies 24.
Linguam exhibet.


a Lingua, *conspicitur infrà hanc infer:* Cavitas ad dentes *superius sub lingua* venæ raninæ sunt
b b Ossis hyoidis processus
c Epiglottis
d Foramen supernum dissecti œsophagi
ee Ligamentum gulam circumdãs

VISIO CATOPTRI MICROCOSMICI PRIMA.

Si sapiens fueris, tibimet ipsi eris, si autem illusor, solus (malum) portabis. *Proverb: 9. vers: 12.*

Timor Domini apponet dies & anni impiorum breviabuntur. Proverb: 10, vers: 27.

Nunquid non pater unus omnium nostrum? nunquid non Deus unus creavit nos? Malach: 2 v. 10



Breves dies Hominis sunt, numerus mensium eius apud te est, constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt, Iob: 14, vers: 5.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meæ, in te proiectus sum ex utero. Psal: 22, vers: 10.

GENERIS HVMANI
GEMITVS.

O Deus ante chaos, ante omnia corpora rerum,
Solus qui, finem non habiture, manes.

Clara, levi terra, divinæ Mentis imago
Gignitur, immensa de bonitate tua.
Attamen à stulta præstans mox coniuge coniunx
Inducta, captus dæmonis arte mali,

Præceptum ecce tuum divinum negligit, atque
Damnosum damnum flebilis usque tulit.
Blando scilicet illusus sermone colubri
Humanum primùm perdis Adame genus.

Pallida causas ut vacuum mors intret in orbem,
Invito comedens ustra poma Deo,
Gramen vita sicut fugiens nostra efficis, ignis
Fumus, quæ subitò deperêre vices.

A

Caput III.

Partes similares totum corpus eiusq; partes nutrientes & vivificantes proponit.

Ex sentibus & salebris musculorum asperis & spinosis evasi, amantissimos Hominis universa rore benignissimo irrigantes rivulos, vasa scilicet sanguinem calorem & spiritum ferentia, venas arterias & nervos, discuti convenit, & meritò, quia partes quæ corpus undiquaque perreptando nutriunt, animant, & sensu motuq; donant, illis quæ contingendo sese corporis superficiei subiectæ sunt rectè succedunt. Hæc vasa Hippocrati ποταμοὶ τῆς φύσεως ἀνθρώπου *dicta, alimoniam vitam & actus, inexplicabili modo, ut conservetur animans largiuntur, siquidem per eam materia de ingestis alimentis, in visceribus, quæ maximè venis dispensationis seu radicationis principium extant, educta, ac debita forma donata, exquisitiorq; reddita, tanquā per canales remotissimis particulis cōmunicatur*

Vide visionis I. Faciem I. & eius Figur: D.

Venæ igitur in corpore albi rotundi oblongi cavi & exangues sunt tubuli, tenui, simpliciq; tunica variis fibris contexta circundati, qui sanguinem in hepate cui radicantur elaboratum, semper exquisitius concoquendo, continent, & tandem per capillarium extrema exudantem distrahunt, & singula eo perfundunt, & irrigant. Videtur autem venarum in toto corpore cōnexus esse unus, cum in recens natis (emortuis) umbilicali vena insuflata, aër radices & porta, ut intestina, & cavæ, ut cor ac pulmones distendantur, penetrare observatur, quæ porta atq; cava vena potissima, in corpore, ac à quibus reliquæ oriuntur, existunt, & mirabilissima implacatione, & nexu invicem in Hepate junguntur.

Itidem Visionis 3. Fac: 4.

Porta vena maximè superioribus ramis per hepatis cavum radicatur, & umbilicalis vena hepatis fissuram, seu anterius eius eminentias duas ingredientis in adultis ligamentum facta propemodum esse animadvertitur. Ex hujus trunco Cystica gemella ad vesicam bilariam, & Gastrica dextra posterius ad pylorum deducta oriuntur; Progrediens autem truncus, in ramum sinistrum splenicum, & dextrum Mesentericum abit. Ille splenicus elatior & tennior priusquam dividatur, in posteriora ventriculi, Gastricam sinistram minorem, ad fundum eius Gastricam majorem, quæ ascendens os ventriculi dextrum coronæ instar cingit, & tandem pylorum petit, ad posteriorem omenti membranam & colon Epiploicam dextram ac posticam spargit, nec non pancreati, cui incūbit gracilia filamenta largitur, at divisus superius vas breve in sinistram fundi ventriculi, inferius Epiploën sinistram ad partem omenti sinistrā, & Gastoëpiploën sinistram, fundum ventriculi, in cuius medio dextra jungitur cingentem mittit, & reliquum venarū per lienem spargit, quibus ut aliis venis, ne sanguis remëet, valvulæ apponuntur. Hic Mesentericus multò āplior infinitis surculis suis, in abdomine contenta, maximè & totum Mesenterium, & singula intestina implet, ubi Gastroepiloïs dextra ventriculi fundo implantata, omenti superiora replens, intestinalis duodenum & jejunum petens, & mesenterica prodit. Huius mesenterica ramus dexter duplex, extremitatibus suis in intestina maximè jejunum & ileon, sinister verò, à quo hemorrhoidalis interna juxta coli finem sub recto intestino, cujus extremum cingit, ad anum usq; producitur, & potissimùm per medium Mesenterij spargitur.

Itidem Visionis 2. Faci: 11.

Portæ hujus radicibus, venæ cavæ per hepatis simum præcipuè disseminatæ radices uti dictum, & vicissim ita uniuntur, ut & per dapedisin, & per anastomosin sanguini via pateat. Oscula .n. seipsa excipiunt plurima, & in radicum etiam medietates implantantur. Verùm radices hæ ad gibbum hepatis prægrandi stipite truncum constituunt, qui superius inferiusq; per totum corpus scandit Superius ascendens trūcus tam per septum transversum, cui utrinq; phrenicam totum eius corpus pervadentem, ac capillis ad pericardium usq; excurrentem largitur, quam per pericardium parumper dextrorsum, cor, cuius basi coronariam serti instar ambientem, & per viscus ramulos spargentem cōmunicat, petit, inq; eius cordis ventriculum dextrum patente foramine hiat, & ex sinistro ventriculo arteriæ venosæ producta, foramine satis amplo, quod adito infante occæcatur, jungitur, quæ nunc arteriæ munus, cum aërem ad refrigerium cordi, ex quo cum fumidis vaporibus etiam spirituum quiddam exportet & pulmonibus sanguinē vitalem offerat, gerit, tum autem in fætu sanguinis naturalis ex venis matricem intrantibus per umbicalem venam allati portionem pro pulmonum, in quos absumitur nutritione distribuebat. At ulterius scandens unicum insignem ramum Azygos dictum à dextris progerminare facit, qui delabens ad costam 8. bipartitur, cuius uterq; ramus surculum, sursum deorsumq; mittit, à quibus ad interstitia costarum ramuli abeunt, quorum interdum quidam cū thoracicæ venæ ramis superius continuantur, & inferius extrema sinistri surculi quidem cavæ venæ juxta emulgentem, vel ipsi emulgenti, dextri verò ultimæ lumbari uniuntur. Tandem etiam thoracicam, quæ ad superiores costas quatuor ramificatur, mittit, cuius quandoq; absentiam & defectum azygos supplet. Truncus hic ascendens, si jugulum pertingat, in magnos subclavios duos ramos dirimitur Ab horum utroq; inferius 1. Mammaria exilioribus ramis, musculos pectoris mammasq; attingens, & per sterni interiora ad musculum rectum, ubi supra umbilicum epigastricæ ramus occurrit & jungitur, lata, 2. Mediastina capsularis seu thymicæ per corpus glandosum, & cordis involucrum, in quo phrenicæ ramis permiscentur, disseminata, 3. Cervicalis ad latera processuū foramina permeans, ad proximos musculos, ipsamq; spinæ medullam filamentis sparsa, 4 Muscula inferior in colli inferiores, & pectoris superiores musculos absumpta, oriuntur; At superius 1. Muscula superior in cervicis musculos, & cutim abiens, & 2. externa, 3 internaq; jugulares, quæ ad inhibendum sanguinis dilapsum valvulas appositas habent prodeunt. Harum jugularium illa minor sub cute vicinos plurimis surculis musculos profundit, & ad guttur progressa ramulo uno totam faciem, à quo juxta aurem propago interius repit, altero laryngem & linguam replet; Hæc interna major semper de se filamenta spargens, secundum asperæ arteriæ latus ad cerebrum usq; extollitur, & sobole una per sexti nervi, alia per tertij & 4. nervi foramen, lateralem meningis duræ sinum intrat, qui sinus secundus & tertius congressi, intra cerebrum & cerebellum quartum condunt, & per sagittalis suturæ longitudinem excurrentem primum efficiunt. Miranda hîc dissimilis venarum & arteriarum, aliâs per corpus perpetuò se comitantium, in cerebro ab invicem distractio & distributio, ubi non modò se non tangunt, sed venas cerebrum irrigitantes deorsum, (quod aliâs non conspicitur) divaricatas, arteriæ, quo illud ipsum spiritibus, facilè ob tenuitatem ascendentibus perfundant, sursum respiciunt Oriuntur autem innumeræ istæ omnes venæ à dictis sinubus, quas natura cum tanta vena quæ sufficiens amplissimo cerebro alimentum suppeterent, ascendere nequivissent, tanquam aquæ ductus fabricavit.

B

Itidem Visi: 2. Fac: 7.

Ascendentis trunci in ramo ... clavios divi...

Iugulares.

Ibidem Fac: 4.

Vasa Cerebri.

Quid cerebri Venæ peculiare habeant.

Vterq; subclavius cavitatem thoracis modò egressus, axillaris nuncupari, & in ramos duos superiorem humerarium & inferiorem Basilicum dirimi incipit, qui ex ortu uno & eodem deducti cæteras manus venas in diversis subiectis, quandoq; & positu & crassitudine, differentes spargunt.

Axillaris diremptio.

Basilicus ramus, seu cubiti interior statim ad musculos thoracis anticos unam, & alteram ad posticos seu laterales, qui cum azygos ramis coit mirabiliter, thoracias mittit, & intra cubiti musculos in profundam, & subcutaneam propaginem dividitur. Illa cum axillari arteria & nervo brachij quarto per flexum cubiti, ubi bifida, secundum ulnam & radium infra ligamentum annulare ad internam manum excurrens, fertur; hæc verò subcutanea per cutim sparsa, juxta interius tuberculum una sobole in dextris hepatica in sinistris splenetica vena dicta, ad minimum digitum cephalicæ capillaribus permiscetur progreditur; altera verò, humerarij rami propagine, cum qua venam medianam constituit, unitur.

Basilica vena.

Humerarius ramus, seu cubiti exterior sub cute, in quam soboles plurimas derivat, ad exterius tuberculum partitur, & superiore majore propagine, quæ cephalica vena, ad medium radij obliquè carpum versus ducitur externam manū filamentis, quorum majus ad minimum digitum salvatella est perfundens, altera minore, basilicæ sobole juncta, uti dictum, medianam efficit, quæ supra radium descendit, & sua capillaria, de quibus ad pollicem ramus, ocularis seu cephalica vena dicitur, cum cephalicæ brachij in externa manu filamentis, permiscet, & sic manum irrigat.

Humeraria vena.

Itidem Visio 2 Fac: 9. & Visi: 3. Fac 14.

Cavæ venæ truncus descendens.

Truncus ascendens, ut in plurimos ramos erat diffusus, ita ab hepate deorsum contortus, non minoribus inferiora perreptantibus constat. Nam priusquam cum arteria magna ad ilia excurrit, quinque venarum juga de se projicit, 1. jugum adiposæ venæ sunt, quarum dextra, quandoq; ex emulgente prodit, quæ totam exteriorem renum membranam pervadunt, 2. Emulgentes seu renales sunt, quæ renum substantiam permeant, & ne serum trahendo sibi impedimento sint, non ex æquo, sed sinistra infra dextram locatur, & ambæ valvulas ad seri refluxum inhibendum appositas habent. 3. Spermaticæ sunt quarum dextra ex trunci medio, sinistra ex emulgente emergit, & obliquè ad testes corpusq; varicosum descendunt. 4. Lumbares sunt, etiam quandoq; duplices, triplicesq; geniculatim juxta vertebras lumborum per eorum, nec non ventris & peritonei musculos distributæ; harum rami ad medullæ spinalis latus in cerebrum ascendentes seminis materiam eò huc deferri antiquitus credebantur. 5. jugum musculæ sunt, quæ ramos, ijsdem quibus lumbares musculis communicant, & sæpè ab iliacis oriuntur, quo loci truncus hic sibi contiguam arteriam conscendit, & ad 4. lumborum vertebram in iliacos ramos dirimitur. Horum iliacorum uterq; venam sacram per anteriora sacri ossis foramina ad medullam eius nutriendam abeuntem; pudendam, scrotum & penis muliebrisq; pudendi carnem pervadētem; epigastricam in epigastrij musculos, potissimùm rectos, in quibus hæc cum mammaria ostiolis unitur disseminatam; & hypogastricam [illegible] doq; geminam maximam, ramis hypogastrij contenta in num[illegible] perreptantem, & externas hæmorrhoides plethoræ deces constituentem producit, & in externum internumq; ra

Lumbares venæ ascendunt in cerebrum.

Divaricatio rami iliaci.

Hæmorrhoidales venæ externæ unde sint.

Iliacus ramus in Crurales partitur.

A

mum dividitur, qui quamprimùm abdominis cavitatem egrediuntur, crurales dicuntur, quorum internus partim in femoris regionem abit, partim cum externo crurali ramo junctus, unà ſurculos ſex maximè conſpicuos per pedis longitudinem protrudit.

Cruralis vena ſex mittit ſurculos.

1 Saphæna eſt.

2 Iſchias minor.

3 Muſcula.

4 Poplitea.

5 Suralis.

6 Iſchias maior.

Surculus 1. Saphæna ſeu malleoli vena eſt, quæ ad inguinis glandulas nata, deorſum ſatis profundè ad cruris cutim, cui ſoboles largitur quatuor, & inde ad internum, ubi inciditur malleolum pedisq; dorſum, in quod variè abſumitur, tendit. 2. Iſchias minor eſt, è diametro primi in coxendicis cutim, & ei ſubjectos muſculos ramificatus. 3. Paulò inferius progerminatus, muſcula eſt bifida; ramo minore, tibiæ majore femoris muſculos & cutim occupans. 4. Poplitea vena eſt, quæ ex ramis cruralibus ambobus unitis conflata in ſuræ cutis poſteriora, ad calcem & externum malleolum usque capillaribus excurrit. 5. Surculus ſuralis, magna cruris vena eſt, cuius varius ſuperius venarum reflexus, & intricatio miranda, quæ bipartitò internam tibiæ cutim, adjacentesq; muſculos adit, & ad malleolum circa quem reflectitur, per intrinſecum pedis latus ad pollicem fertur. 6. denique ſurculus Iſchias major eſt; potiſſimùm per ſuræ muſculos, juxta externum malleolū ad pedis digitos, quibus ſingulis binos ramulos concedit, delabitur, modò ſuperius ſparſus ramulus, inter peronem ſeu fibulam ceſſat.

Venæ unde oriantur cutaneæ. — Vide Viſio: 1. Faciei 1. & 2. Fig: B.

Hinc patet quod per cutim capitis & colli venæ duæ inſignes, à jugularibus ſparguntur; per brachiorū thoracis & dorſi, duæ ab axillaribus diſſeminantur. Cutim inguinorum & abdominis à cavæ ramo, externa epigaſtrica, & alia interior magis ſurſum ducta, & cum axillari deſcendente juncta occupat, at poſteriorū à lumbaribus & muſcula, propagines perreptant, & pedum cutim ab iliacis crurales orta deſcendendo pervadunt, ex quibus plurimæ, quia præſidium ſanitati maximum ſanguinis, & quantitatis, & qualitatis ratione vitiati, miſſio & detractio affert, ſecantur.

Venæ quibus modis ad ſecandum præparentur. — Itidem Viſi: 1 & 2. Faci: 1. Figur: A.

Et quanquam undique in cute pelluceāt, tactuq; ſentiantur; tamē neceſſum, ut ligatione, inſuflatione, frictione, calida aqua immerſione, & alijs modis perſpicatiores reddantur. Aperiuntur autem in capite, vena frontis, in cōcavo poſt aures, ſuper jugalis oſſis ad parvum angulum extuberantiam, inter extremi naſi cartilagines, ſub lingua (ubi duæ ſunt venæ ſatis magnæ) in mento, labijs, deìn in collo venæ duæ Gingedi dictæ, tùm in brachio cephalica mediana, hepatica, poſt in manu cephalica, ſalvatella, tandem in tibia tibiæa exterior interiorq;, poſtremò in pede ſaphæna, malleoli exterior, cephalica ad pollicem, & quæ ad minimū digitum eſt. Scarificantur verò varijs locis, quæ aliquo modo in Catoptro notata ſunt. Hinc etiam manifeſtum minoris veteribus tanti habitam venarum in brachio & pede electionem æſtimandam, ſed turgidiorem ſolùm ſemper venam incidendam, niſi minoribus ſurculis ſubtiliorem elaboratioremq;, & ſic etiam calidiorem ſanguinem contineri ſtatuere mavis, ubi ſimul & jucundum, & medico utile neceſſariumq; obſervatu eſt, naturam quo fluxus refluxusq; ſanguinis remoretur & impediatur, multis locis venarū parietibus membranulas, ſeu cuticulares tunicas valvularum inſtar, figura ſigmoideis cordis ſimiles, & ultra medietatem venam quaſi claudentes, quæ in ligato ad venæ ſectionem brachio, nodos quaſi faciunt, agglutinâſſe, nec non plurimas venarum & arteriarum, etſi hæ à natura locum ſortitæ ſint tutiorem, ut ſub venis præterquam ad os ſacrum, ac cuius, quia ex carne duritiem fugiebant, reconditæ ferebantur, & munia præſtantiora obeant, venis multò nobiliores exiſtunt, tamen & per ſe, & invicem uniones, quemadmodum in facie dextra ſiniſtris, in rectis muſculis ſuprema infernis, in capite & thorace, interna externis, &c. unita eſſe, videre licet, conſtruxiſſe.

Quales venæ ſecentur.

Valvulæ in venis quid ſint.

Arteriæ quid. — Vide Viſio: 1. Fac. 1, Fig: E.

Arteriæ ex ſeminis glutinoſa & frigida portione propria facultate productæ, ſimilares ſunt partes albæ, rotundæ oblongæ cavæ & exangues, duplici tunica, exteriore quidem venarum robore ſimili, at interiore quintuplo craſſiore, ut ſpiritū & calorem, ob quæ moventur pulſantq; ne diſſipentur concludere, & ſic dilatari contrahiq; poſſint, pluribus fibris intertexta conſtanter, quæ ſanguinem à corde, cui radicantur tenuiorem & ſpirituoſum redditū, ſemper temperatiorem efficiendo, continent, & eum per capillarū extrema exudantem diſtribuunt, & minima quæq; eo vivificant. Structura ergò motu & uſu à venis diſtinguntur, & eam quæ aſpera dicitur, excludunt. Has natura, ut nuſquam ſub cute, niſi ad tempora, carpum & ſecundum tarſi digitum percipiantur ſingulari recondidit artificioſo, & ex corde vitæ fonte deduxit, unam è ventriculo eius dextro venam arterioſam dictam, ex cavæ venæ trunco de ſanguine infuſo naturali ad nutritionem quid offerens, in quæ ramificando abſorbitur, pulmonibus, quibus nondum ædito infante vitalem è matre per umbilicales arterias iliacis Aortæ ramis allatum ſanguinem, mediante canali, quo illi Aortæ jungebatur, tum pervio in fætu, nunc in adultis obturato communicabat; alteram è ſiniſtro ventriculo cordis Aortam magnam. Vt ergò hepar & porta, & cava vena, ſic cor totum & vena arterioſæ & arteriæ Aortæ rhyzoſis ſeu radicatio eſt. Hæc aorta quamprimum cor egreditur venas contingit, cumq; illis per univerſum (modò non tot ramificationibus) excurrit corpus, & coronarium ſapè geminum ramum ad cordis ambitum, cum multa inde propendente ſobole reflectit, inq; magnos duos ſtipites, unum minorem aſcendentem, alterum majorem deſcendentem dirimitur.

Arteriæ ut à venis differant.

Arteriæ duæ radicantur in corde.

Vena arterioſa.

Venæ huius & in embrione & in adultis uſus. — Vide Viſio: 1. Fa. 12.

Aorta magna.

Aorta per corpus cū venis excurrit. — Vide Viſi. 2. & 3. Faci: 1. Figur: HH.

B

Aſcendentis trunci in ſubclavios ramos divaricatio.

Aſcendens in ſubclavios ramos duos ad jugulū finditur, è quorum utroq; ſurgit, inferius, intercoſtalis ſuperior ad tres quatuórve coſtas, & dorſi medullam ſobeleſcens, ſuperius mammaria per interiora ſterni ad muſculos rectos, in quibus epigaſtria arteria ei obviantur, abiens; muſcula poſteriores cervicis, & brachij muſculos ramis replens; cervicalis ad cervicis vertebrarum latera aſcendens, & calvariam ingreſſa, cum conjugeq;, ut una ſit vena congreſſa; glandulam ſecundum lineam rectam pituitariam petit, ad quam finditur, & in meninges, & in cerebri ſubſtantiam variè divaricatur, inq; ampliſſimis primo & ſecundo cerebri ventriculis illud plenum admirationis rete cum filamentis carotidū format; Carotis maxima ex ſubclavio ramo à ſiniſtris è trunco oriunda, cum jugulari vena interna lata, faciem & oris interiora perreptat, & cranium ingreſſa ad ſphenoïdes ſellam plexum, uti modo dictum, mirabilem conſtituit, ſub dura matre quam perforat, & in cerebrum effunditur. Poſtmodum ſubclavius ramus thoracis cavum exit, & axillaris dicitur; qui inferius thoracicam duplicem, unam ad anticos, alterā ad poſticos thoracis, & ſcapularem ad muſculos in ipſa ſcapulæ cavitate ſituatos mittit; ſuperius autem humerariam ad impoſitos humero & ſcapulæ muſculos ſpargit; & ad brachia cætera detorquet, ubi baſilicam duplicem unam alia profundiorem variè in manum internam, & digitos uſq; ſe diffundentem derivat.

Vide Viſio: 2. Fac: 4.

Rete admirabile.

Subclavii ſeu rami axillaris diſtributio.

Truncus arteriæ mag: deſcendens

Deſcendens arteriæ ſtipes ſeu truncus, juxta ſpinā per diaphragma & lumborum vertebras, inferius parumper lævorſum delatus, detorquetur, & de ſe ramulos, & cavæ venæ & portæ attenſos projicit. Cavæ ramis contigui ſunt, 1. Intercoſtalis major, quæ in octo inferiarum coſtarum ſpatia & vicinos muſculos ramificatur, 2. Phrenica quæ ſepto & pericardio cedit, 3. Renalis, quæ in renum ſubſtantiam ſe inſinuat, 4. Spermatica quæ flexuoſè cum venis per peritonæi productionem, & teſtibus & labyrintheis plexibus inſeritur, 5. Lumbares quæ multiplices, & ad lumborū muſculos, & per vertebrarum foramina ad ſpinæ medullam, ubi ſecundum eius latus in cerebrum uſq; aſcendunt, feruntur, & in utroq; latere æqualia hæc quinque vaſa ſunt. Portæ venæ ramis cōtigui ſunt, 1. Cæliaca magna conjuge carens, & 2. Meſentericæ duæ, cæliaca ramo dextro minore ſuperius gaſtricam dextram ad ventriculi dextrum os, & cyſticas gemellas ad fellis veſicam; inferius epiploen dextram ad inferiora omenti & colon, inteſtinalem ad duodenum, gaſtroëpiploen dextram ad dextri lateris ventriculi fundum ſpargit, ramo verò ſiniſtro ampliore, arteria ſplenica dicta per pancreas ad lienem tendit; & antequam illum contingit, ſuperius gaſtricum majorem ad ventriculum, cuius orificium dextrum unus eius ſurculus coronæ inſtar cingit, & gaſtricam ſiniſtram ad pylorum; at inferius epiploën poſticam diviſam ad colon & omentum, ac epiploën ſiniſtram ad omentum diſſeminat; reliquum verò variè partitum in lienem abſorbitur, à quo gaſtroepiplois ſiniſtra ventriculum irrigans, & vas arterioſum breve ſuperius lateri ventriculi ſiniſtro inſertum oritur. Meſentericæ duæ numeroſa propagine diffunduntur in meſenterium, ſuperior quidem ubi major coli pars & tenuia inteſtina, inferior ubi reliqua portio coli, & rectum inteſtinum, juxta quod ramulus cum hæmorrhoidalibus ad anum uſq; deſcendit. Truncus hic ad oſſis ſacri initium iliacus vocitatus, ibidem venam cavam conſcendit, & ſeſe in duos inſignes ramos iliacos dirimit, à quibus ſacræ arteriæ ad oſſis ſacri medullam per eius foramina feruntur. Iliacorum horum dum producuntur quiſque interiorem & exteriorem ramum fundit, quorum ille exterius muſculam ad ſuper ſtratos oſſe ilij & coxendicis muſculos, & interius hypogaſtricam magnam ad contentas in hypogaſtrio partes mittit; hic major ſeu exterior ramus pudendam ad pudenda, quæ in viris plexum duorum illorum penis corporum cavorum efformare, & ſpumante ſpirituoſo ſanguine plena, ipſum penem diſtendere videtur. Epigaſtricam ad muſculos epigaſtrij maximè rectum, cui circa umbilicum mammaria occurrit; & umbilicalem fætui vitam olim afferentem, nunc emeritam veſicæ ſolùm ligamentum factam, ad umbilicum deducit, qui ramus progrediens, & ad crura delabens, cum vena cruralis maioribus ſurculis diſtribuitur, & etiam cruralis dicitur. Ab hoc oritur, 1. Muſcula ramo exteriore anteriores, interiore verò interiores femoris muſculos perreptans; 2. Poplitea muſculos femoris perfundens; 3. Suralis genu & cutim ſuræ replens; 4. Tibiæa majori ramo exterius ſecundum fibulam deſcendens, at interius tibiæ muſculos accedens; 5. Quod reliquum eſt ad pedem uſq; excurrit, partim tibiæ muſculis, partim pedis ſuperioribus ſurculos largiens, ſaltem inſignis ramus juxta malleolum internum, qui mox bipartitus ab utroq; ramo cuilibet digito ſurculum concedit, fertur.

Rami eius, qui cū cavæ venæ ramis feruntur, — vide Viſio: 2. Faci: 9. & Viſi: 3. Fac: 14.

Rami arteriæ deſcendentis cum portæ venæ ramis juncti.

Trunci arteriæ deſcende in iliacos ramos diviſio.

Iliaci diſtributio

Arteriæ cruralis diremptio.

Sequerentur nervi ut recenſerentur, at quia medulla è cerebro & cerebello ortæ, rami propaginesq; ſunt, quæ per cranij ſpinaq; vertebrarum, cui medulla concluſa detinetur foramina exire coguntur, nunc in oſſium hiſtoria capite ſequenti convenientius enarrabuntur.

A

Caput IIII.

Partes similares totum corpus eiusq; partes animantes & sustentantes manifestat.

OSSA, quorum compago ἐκ κεφαλῆς εἰς σπόνδυλας, quasi sceleton & aridum cadaver est, corpus fulciunt, & erecta figura stabiliunt, suntq; siccissimæ frigidissimæq; partes similares, potissimùm è terrestri seminis portione, ut formatrice calore mediante genitæ, partim epiphysi seu additamento, partim apophysi seu processu ornatæ, quæ extremorum ratione invicem, & contiguè & continuè committi aptæ sunt. At contiguè vel diarthrosi, quæ enarthrosi, arthrodia & ginglymo fit, vel synarthrosi, quæ sutura harmonia & gomphosi perficitur, vel neutra, utriq; scilicet participante connectuntur; Continuè verò aut symphysi, & per se ut epiphyses ferè omnes, & intercedente cartilagine, ut synchondroses, aut ligamento ut syneuroses, aut carne ut sysarcoses uniuntur.

Calva capitis seu cranium subtilè & propè sphæricum, crassitie raris & quia tabulati geminati laxis & cavernosis octo ossibus constat, quæ suturis dentes serrarum pectinatim coëuntes imitantibus, articulata distinguuntur; horum 1. Frontis os est semicirculare, quod calvariæ anteriorem & faciei superiorem partem occupat, & quandoq; bipartitum cum sagittalis sutura ad nasum usque descendit, visitur, aliàs suturis inferius à sphenoide, ethmoide & gena, superius à syncipitis ossibus discretum, quæ syncipitis ossa cranij secundum & tertium sunt, sutura sagittali in medio divisa, at posterius lambdoidea ab occipitis osse distincta, ferè quadrilatera, inferiusq; suturis squamosis tanquam finibus terminata. Ossa hæc circa sagittalem suturam, ubi coronalem attingit, tàm tenera in infante sunt, ut arteriarum micationem repræsentent, cum ut illa subsultim vibrentur, & propterea folium, item, fons pulsans vocitata erant, omniq; postremò ossescunt. 4. Os occipitis est firmissimum, superius duplicatum, figura rhomboidalis, cum triquetra sutura circumscribatur; hoc sinus quatuor, processus duos, & foramina quinque, per quorum maximum medullam delabi in spinas & per reliqua, vasa ingredi egrediq; sinit, habet. 5. & 6. Os temporum seu lapidosum utrinque ad aurem est, quod processu 1. ossis jugalis, 2. mamillari, 3. styloideo & 4. in longum protuberante cavo, qui cavitatis suæ labyrintho auris ossicula auditui conferentia continet, donatur, & squamosa agglutinatione imbricis more bregmati applicata circumscribitur, ac syncipitis combinatur ossi. 7. Sphenoides seu cunei formæ est, quod suis processibus duobus vespertilionum alas refert, at reliquis quatuor processibus, sellam turcicæ assimilatam constituit, per cujus foramina duo majora pituita in palatum transcolatur. 8. Spongoides seu ethmoides est, quod spongiæ vel cribro ob foraminum anfractuosarum pluralitatem simile, & suo acuto in medio processu prominente, instar septi discriminatur, nec non majorem inferius narium cavitatem opplet, superius verò cum supradictis cavitatibus ossi frontis jungitur. Octo hæc capitis ossa rotundum fermè, cavitatis amplissimæ globum, calvariam scilicet efficiunt, quæ spinæ vertebris insistit, quarum triginta sunt forma variantes, suis processibus, & foraminibus dotati, inter quos processus, anterior, inter quæ foramina, medium, amplissima. Vertebris autem singulis cartilago interijcitur, quæ etiam ligamentis invicem connectuntur, quibus ad extremum coccygis trium vel quatuor ossiculorum os appendet.

Huic calvariæ & spinæ, medulla nervorum origo concluditur, inter quæ, illa calvaria cerebrum & cerebellum, à quibus inferius posteriusq; dicta medulla eiusdem modò durioris substantiæ cum cerebro à meninge tenui, ut ex utraq; parte intus, quasi cavitas sit, dirempta, producitur, galeæ instar operit defenditq;, hæc verò spina, eam ipsam medullam, à qua omnes prodeunt nervi, qui per totum sparguntur corpus, cranium egressam, & jam spinalem dictam, intra sese tanquam per fistulam ac firmum ne lædatur tubum descendentem, munit & concludit. Sunt autem nervi rotundi canales intus medullares, extus quia tunicis à cerebri meningibus ortis integuntur, membranei, partes similares ex frigido glutinosoq; semine, vi nervifica genitæ, quæ pro motu & sensu, etsi conspicua destituantur cavitate, animalem mediante eius spiritu facultatem, idoneis locis afferunt. Vnde ab his musculorum tendines, ossium ligamenta, & alia, ac uterum, vesicam, intestina ureteres &c. quæ nervi nomine donentur, hîc removemus.

Verùm à medulla hac intra calvariam, nervorum ultra odoratus organa, seu processus mamillares osse non excidentes, nec duplici velatos tunica, & propterea inter nervos non numeratos, syzygiæ seu paria septem oriuntur. Primùm opticorum magnum & textura rarum est, in progressu supra sellam sphenoides congrediens, suamq; medullam confundens, at distractum mox, uterq; postea per rotundum calvæ foramen, orbitam oculi, cuius centro implantatur, & sese expandendo tunicas efficit, ingreditur. 2. Oculi motoriorum est, quod opticis minus at durius, cuius quilibet nervus per longum orbitæ foramen, in musculos palpebrarum & oculi, huiusq; tunicas filamenta spargit. 3. Par Gustatoriorum est, quod in frontis & faciei musculos ramificatur, radicesq; dentium pertingit, maximè autem in linguæ tunicam palatumq; absumitur. 4. Par juxta tertium ortum, cum eo fertur & permiscetur, tandem sejunctum, comprimis totius palati tunicæ inseritur. 5. Auditorium est, quod per os petrosum auris cameram intrat, huius uterq; nervus, ramo uno tympanum, altero laryngis & hyoidis ossis musculos replet, de quibus quandoq; longissimè, & per brachium & per pedem quiddam deducitur. Sextum par pervagum & maximum, fermè totum pervadit truncum, siquidem calvariam exiens, ramulos ad musculos colli mittit, & mox cum vena jugulari, & carotide arteria, cum quibus membrana convolvitur, secundum asperæ arteriæ latus ad jugulum tripartitum descendit, cuius unus ramus in dextro latere arteriam axillarem, in sinistro truncum arteriæ amplectitur plurimis ramulis divulsis, qui ramuli uniti, instar ductorij funis trajecti per orbiculos trochlearum retorquētur, & nervos recurrentes extremitatibus musculis laryngis ossisq; hyoidis insertos, sic reflexi constituunt, à quibus descendentibus, ramus alter ad ventriculū, stomachicus nervus dictus, insignis spargitur, & postremò costalis ramus diaphragma pertransiens, una sobole per omentum, altera per mesenterium & intestina, tertia per renem expanditur. 7. Par linguæ motoriorum est, sanè robustum satis ad medullæ finem, ubi cranio excidere incipit, prodiens, quandoq; in progressu sexto pari nectitur, & per obliquum calvariæ foramen in linguæ atque laryngis musculos abit.

Hæc medulla spinas seu vertebras attingens spinalis dici incipit, à qua sic extra calvariam triginta syzygiæ, seu nervorum paria propagantur, & è spinarum foraminibus, circa quæ plurima nervorū filamenta, junguntur, egrediuntur, septem quidem è cervicis, duodecim è thoracis, quinque è lumborum, & sex ex ossis sacri vertebris seu spinis. Cervicis primum & secundum par ad superiores capitis musculos & aures faciemq; pertingit. 3. ad buccas & capitis colliq; musculos abit, quos & quartum irrigat, à quo quarto pari, ut & à quinto sexto & septimo, rami ad diaphragma mittuntur, reliquum autem eorum in musculos cervicis, scapulæ, & comprimis brachij absumitur; in quolibet enim brachio conspicui sex nervi cum præcipuis venis arterijsq; lati, totam extremùm usq; manum pervadentes, observantur. Thoracis omnia paria intercostalia sunt, quorum nervi utrinq; cum vena & arteria ad cujuslibet costæ latus feruntur, simul surculos spinæ musculis largientes, saltem à primo & secundo pari etiam per brachij & thoracis musculos sparguntur. Lumborum quinq; paria musculos lumborum & hypogastrij majore parte attingunt, aliquid tamen eorum, de tertio præsertim, per inferiora in testes & crura usq; disseminatur. Ossis sacri paria sex in femoris, & alios vicinos musculos, sphincteres uteri collum & penem abeunt, ac hinc inde è superioribus eius tribus vertebris rami, cum istis quæ à tribus inferioribus lumborum sunt, reticuli more conjuncti, mox sursum disjuncti quatuor insignes nervi, cum majoribus venarum, arteriarumq; ramis per totum pedem, quem undiq; ad extremum usq; perreptant, descendentes formātur. Sunt autem omnes à medulla nervi hactenus recensiti.

Quæ calvariæ ossa sint, dictum est. At facies, os maxillæ seu mandibulæ superioris inferiorisq; habet. Superior mandibula osse uno narium partem imam occupante, bifido quasi, constat, quod in quoquo latere quinque continet ossa. Primùm os mandibulæ minorem oculi angulum & jugalis ossis, quod à processu temporum ossis integratur, portionem constituit. Secundum tenue & squamæ modo pellucidum majorem oculi angulum, in quo foramen, cui carūcula insidet, ad nares pervium efformat. Tertium maximum omnes sui lateris dentes complectens, foraminibus aliquot præditum, & quia subrotundum, mediam palati regionem efficit. Quartum ad palati extremum, ubi narium foramina ad palatum tendunt, ponitur. Quintum os tenue at durum ferè quadrangulum superius nasum format, his illud quod septi instar narium imam partem distinguit, & supra medium interioris palati, vomeris aratri forma erigitur, accedit. Mandibula inferior è duobus ossibus, mentum circa, cartilagine in adultis ossescente junctus est, cui uti tertio superioris maxillæ osse dentes, qui superioribus & sic invicem sibi in basi respondent, inserti sunt. Dentes autem sunt durissima ossa ipsarum mandibularum alveolis membranis & carne ceu vinculis alligata, & per gomphosin articulata, intus cava, & vasis referta, qui in utraq; mandibula distinguuntur, in incisorios quatuor (quorum medij columellares) tenues & lata ad gingivam basi contractiores, & spissiores redditos, foris gibbos, intus simos, radici simplici præditos, anterius conspicuos; in caninos seu oculares tàm exitus mucronatos ad basin, at gingivas, latos & crassos, quàm intus una radice, & longiores & robustiores cæteris ad latera incidentium, quos à maxillaribus discernunt, singulos positos; & in molares asperos duros latos & planos, communiter quinque sub utraq; bucca, qui duabus, tribus, imò quatuor radicibus, quales postremi, sapientiæ seu genuini

B

Marginal notes (left): Quid Os sit. — Ossa quomodo cohæreant. — Calvariæ ossa Suturis distincta. Vide visionis 1. Fac: 1 Fig: F. & Fac 2. Fig: E — Os Frontis. Itidem Visio. 2. Fac 2. & Visi: 3. Fac: 2. — Ossa Syncipitis. — Os Occipitis. — Ossa Temporum. — Os Spenoides. — Os Spongoides. — Calvariæ 8. sunt ossa. Itidem Visio: 2. & 3. Fac: 1. Figura H H — Spina ex 40 constat vertebris. — Os Coccygis. — Medulla inter calvariam & spinam concluditur. Vide Visio: 1. Faci: 1. Fig: F — Nervi omnes prodeunt à medulla. — Quid nervi sint. — Paria 7. nervorū intra cerebrum oriuntur. Itidem Visi: 3. Fac: 2. — 1. Par Opticorum nervorum est. — 2. Par Oculorum motoriorum est.

Marginal notes (right): 3. Gustatoriorum nervorum est. — 4. Par nervorum — 5 Auditoriorum est. — vide Visio: 3. Faci: 7. 6. Par est maximum. — Huius paris distributio. — Vide Visio: 1. Fac: 12. Nervi recurrētes — Vide Visio: 1. Fac: 12. 7. Linguæ motoriorum est. — Medulla spinalis ubi incipiat. — Spinalis medullæ paria 30 nervorū emittit. — Ex cervicis vertebris 7 paria — Ex thoracis vertebris 12 paria — Ex vertebris lumborum 5. Paria. — Ex osse sacro 6 paria nervorum — Nervi pedis. — Faciei ossa. — Maxilla superior ex 11 constat ossibus — Maxilla inferior è duobus ossibus. Visio: 1. Faci: 23. — Dentes quid. — Dentes quomodo dividantur.

A

genuini dicti, sunt, donantur. Et hac inaqualia ossa globum capitis satis foraminosum, & inaequalem constituunt. Nam interius fossa sex, exterius quatuordecim, interius foramina viginti quinque, exterius novem, & tandem sinus octo conspiciuntur, & insuper in gula os hyoides situatur, quod basi sua substernitur linguae radici, & undenis coagmentatur ossiculis, cornua quatuor erigens, quorum humiliora duo scutiformi laryngis cartilagini, proceriora reliqua, processu lapidosorum ossium styloideo uniuntur.

Capitis ossa foramina sinus & fossas faciunt

Vide Visio: 1. Faciem 14.

Os hyoides

Spinae, triginta vertebras in medio cavas, subrotundas, processibus quatuor obliquis, duobus transversis, & uno acuto, qui tantum primae deest, donatas, ac ad latera perforatas superioribus angustioribus, quam inferiores sunt, existentibus, & mirabiliter intercedēte singulis cartilagine articulatas, natura dedit, è quibus septem priores cervicis sunt, & hos sequentes duodecim dorsi, seu thoracis, quibus singulis costa utrinque duplici nodo, altiore ad corpus vertebrae, & humiliore ad lateralem processum nectuntur, quae superius inferiusq́ breviores, in medio longiores, & semirotundae fornicatam cratem efficiunt, ac discriminantur in parte utraque in septem veras, sterno cartilagine satis longa intercedente junctas, & in quinque nothas, sternum non ut illae attingentes, at diaphragmati, & inter se, connatas, quod sternum lineis transversis quanquam unum videatur partitum, & subtus sinuosum est, cui ad finem ensiformis cartilago triangula mobilisq́ appenditur. Huic, juguli seu claviculae duae repandae cartilaginis beneficio in ambobus lateribus ad claudendas partes, illis enim compago colli cum trunco constituitur, committuntur, quae altera extremitate, scapulis forma triangulari seu trapezia, & tribus processibus donatis uniuntur, quae omoplatae à tergo, quà devexae sunt, spinae dorsi incumbentes, collum fulciunt, inque macilentis alarum more protuberant. Adhaec in senioribus ossiculum in cordis basi circuli quadrantem penè absolvens ad arteria venalis, & aortae exortum delitescit, quod tamen si reperitur, magis cartilagineum, quam osseum esse deprehenditur. Lumbi, pars spinae tertia, quinque vertebras habent, quibus pars quarta, os scilicet sacrum è sex vertebris in adultis separatu difficilibus consertum, cum osse coccygis, de tribus vel quatuor teretibus ossiculis structo, succedit. Ossi sacro ad latera coxae ossa assistunt, quae in junioribus triplici linea, ut cujusvis efficiantur partes tres dividuntur, prima latior & superior ilium est, secunda pubis seu pectinis os, alteri per synchondrosin tam validè, ut in partu difficulter etiam divellantur junctum, tertia pars os ischij est, cui acetabulum seu profunda cavitas femoris ossis capite excipiendo apta, inest. Ossium horum, coxarum scilicet & sacri, nexus, pelvim quasi effingit, quae vesicam uterum & intestina continet, basisq́ instar sunt, qua immota, totum corpus movetur.

Descriptio Vertebrae

Vide visionis 1. Fac: 1. Fig: F. & Fac 2. Fig: E

Ossa ceruicis

Itidem Visio: 2. & 3. Fac: 1. Figura H H.

Ossa thoracis

Vertebris 12. dorsi, 24. costae nectuntur

Sternum

Claviculae duae

Scapulae duae

Os cordis

Itidem Visi: 1 & 2. Faci: 1. Figur: A.

Ossa lumborum & coxendicum

Os sacrum cum coxendicis efformat peluim quasi

Restant artuum ossa. Manus è quadraginta duobus ossibus cōflatur, nimirum ex humeri seu brachij osse, quod superius majori capite rotundo, & cartilagine incrustato scapulae sinum implet, inferius cavitatem orbiculis trochleae similem habet, ex cubiti duobus, ulna scilicet & radio, ex carpi octo turbinis figura compactis, validissimis, ligamentis obductis, & una dimidia parte superius, altera inferius locatis, ex metacarpij quatuor mutuo coalitu colligatis, & ex digitorum quindecim, quorum singuli tria obtinent, quae ginglymo juncta, ad latera inanitates relinquunt quas sesamoidea 12 ossicula implent. Simili fermè ratione & numero, pedis ossa videntur, quorum maximum femur est, quod globoso praegrandi capite coxendicis seu ischij sinui profundè immersum, cui gracilescens collum insistit, cum duobus processibus rotatores dictis vertitur, inferiusq́ tibiae extremitati committitur, ubi patella os breve & rotundum imponitur. Tibiae duo sunt ossa, canna major seu tibia cuius infimae partes malleoli, & canna minor seu fibula, infra quae est, os astragali, os calcis, & os naviculare, mox tarsi quatuor, deîn plantae quinque, tandem digitorum singulorum excepto pollice, qui duo saltem obtinuit, tria, quorum vacua, ut in manibus, sesamina 12. infarciunt.

Ossa manus

Ossa Pedis

Facta est saepè cartilaginum ligamentorumq́ mentio. Est autem cartilago similaris pars frigida sicca solida flexilis pellucida levis, mollior osse, è terreno semine genita, & cavitatum ac sensus expers, partim ut ossa ad motum promptiora reddat, partim ut occursantes impetus sensim cedendo eludat, partim ut ossa glutinis modo combinat, partim ut fulcri solius causa sit. Ligamentum est pars similaris sicca lenta tenax solida dura è viscido semine orta, maximè ossium articulos, nec non tendines capitaq́ musculorum ipsis ossibus, quae etiam continet tegitq́ colligans, & mollior adhuc cartilaginibus existens. Verùm & plurima cartilaginosa, & ligamentosa undique in corpore inveniuntur, de quibus & superius, & inferius in contextu habetur.

De cartilaginibus & ligamentis

Sceleton hoc admirandum, à natura tàm affabrè compactum, ut oneri maximo portando aptum, agilisq́ motioni se torquendo idoneum sit, exigit, ut nostrae ingenij subtilioris vires, in eo, Omnipotentis Creatoris sapientiam contemplentur, & stupeant, non autem digno illud sermone explicent, sed majorem eius excellentiam intactam relinquant.

B

Caput V.

Partes dissimilares ventre infimo conclusas, manifestat.

Actenus similaribus enarratis partibus ritè membra seu instrumentariae, aut dissimilares partes, ac quae ex his magis minúsve componuntur, succedunt, in quibus fermè singulis, cum per se actionem edant, primò id, per quod fit actio, sine quo non fit, quo melius fit, & per quod conservatur, nec non secundò ipsarum numerus certus, magnitudo debita, figura decens, situs conveniens, & exquisita cum vicinis partibus connexio attenditur, omnes verò & ventribus, infimo, medio, supremo, & artubus concluduntur.

Quid in dissimilaribus partibus observandum

Partes diss: in corpore ubi sint.

Venter inferior illa corporis pars est; quae à cartilagine xyphoide ad pubem usq́ porrigitur, & utrinque nothis costis & coxis terminatur. Huius continentia interna primo, cuticula, cutis, pinguedo, panniculus carnosus, & musculorum tunica, secundo, decem abdominis musculi, & tertio, peritonaeum. quod simul omnia interiora, ac communis eorum membrana involvit, circundant. Continentur autem in eo partes tam nutritioni inservientes, quae sunt ventriculus, omentum, intestina mesenterium, porta vena, rami de truncis descendentibus, & vena cava, & arteriae magnae atque de sexto nervorum pari, splen, hepar, vesicula bilis, renes, ureteres, vesica urinaria; quàm ad generationem facientes, quae sunt in viris, vasa spermatica, praeparantia, parastatae, testes, vasa ejaculatoria spermatica, prostatae, penis; in mulieribus eadem sunt, solùm quod prostatarum penisq́ vice, uterus adest, de quibus ordine breviter.

Venter inferior quid sit.

ejus interna continentia.

eius interna contenta.

Nutritioni servientia

Generationi servientia.

Ventriculus cibi sarcina unicus est, rotundus, & in modum cucurbitae lateraliter oblongus, pastorio fermè barbyto similis, qui duobus orificijs praeditus, dextro, quod cor seu ventriculi os diaphragmati, & sinistro, quod janitor seu pylorus dicitur, intestino duodeno nectitur, & ad sinistrum hypochondrium maximè inclinat. Orificia ista interius fimbriae, vel limbi more circulo fibroso circumdantur, at ipse ventriculus parumper saltem intus rugosus, aliàs levis, de se ad superiora oesophagum seu gulam, & ad inferiora intestina protrudit. Vnus enim ab ore ad podicem seu anum (qui recti intestini finis) usque, est ductus, longitudine septies Hominis staturam superans.

Vide Visio: 2. & 3. Fac: 1. Figur: C.

Ventriculi seu stomachi descriptio.

Intestina haec omento tecta sicuti ventriculus, tunicis. 1. Communi à peritonaeo 2. proprijs spissioribus, exteriore una forti, fibris carnosis referta, & altera interiore rugosa, praedita sunt, oblonga gyris contorta & glomi instar convoluta. exterius pinguedine, interius verò caenoso muco obducta. Horum principium à pyloro, ubi gracilium intestinorum primum duodenum est, versus spinam cui alligatur ligamentis descendens, mox ad anfractus desinit. Huic pancreas corpus carniforme, glandosum parenchymatis albi, ad primam lumborum vertebram subjacet, & quasi molle stragulū munimenq́ ei duodeno, & ramo splenico praebet. Secundum jejunum est, semper vacuum, coloris lividi, circiter umbilicum multis orbibus locatum, ubi hoc rubescere inchoat, ibi ileon gracilium intestinorum tertium incipit, quod tenuius at plurimùm convolutum longissimum est, & ilia occupat, solumq́ in scrotum delabi, & herniam causare potis. Finit juxta propendulam appendicem vermiformem, teretemq́ qui caecum intestinum dicitur, quod est crassorum intestinorum primum, potissimùm liberum, reni dextro, quandoq́ nexum, circa quod membraneum obstaculum, seu crassa valvula est, excrementorum è crassis intestinis ad gracilia regressum inhibens, ibidem intestinum crassum secundum, colon, initium capit amplissimum, plurimis cellulis extuberantibus conspicuum, inde ad hepar surgens, sub eo reflectitur, ventriculiq́ fundum praetergreditur, lienem & renem sinistrum, quibus alligatur, petens, at ulterius descendendo bis volutum, tandem crassum tertium, intestinum rectum facit, quod virorum peni & mulierū utero portionis carneae beneficio junctum, substernitur, inq́ sedem seu anum exit.

Vide Visio: 2. & 3. Fā: 1. Figur: F.

Intestina quid & quot sint.

1. Duodenum est

2. Ieiunum.

3. Ileum

Vide Visio: 3. Faci: 5.

4. Coecum est.

Visio: 3. Faci: 13.

5 Colon

6. Rectum.

P I N A X

VISIONIS CATOPTRI MICROCOSMICI SECVNDAE,

S I V E

Explanatoria literarum & characterum Catoptri Microcosmici visione secunda spectabilium omnium & singulorum Tabula.

A

Facies 1.
Hujus Figura A.
Venas aliquas quæ secantur, nec non pudendi externas partes explicat.

a Vena frontis
b Vena temporum
A Vena cephalica *seu* humeraria cubiti
c d Basilica, Iecoraria, *vel* Hepatica
* Mediana, Communis, Nigra, *seu* Cordis vena

Nota, Venam c. plerunq; sed falsò pro mediana secari, & venæ d. inferiorem ramum, Salvatellã & hîc & ad minimum digitum incidendam constituere.

e Salvatella manus sinistræ, Splenetica, *vel* Scelles
f Cephalica ejusdem manus
g Tibiæa interior
h Ischiadica
i Saphæna *seu* malleoli interior, cui opponitur exter:
k Vena pollicis in pede
l Vena minimi digiti pedis
m p q Priapus *sive* virilia, mentula
m pubes *seu* pecten
n Penis *vel* coles
o Præputium
p Glans
q q Testes

Admonitus sit Lector ut hujus Faciei 1. Figuras B. C. & D *pagina 20. inquirat, siquidem ista figura his omni parte correspondent, & cum ibidem Visionis tertiæ Pinax habeatur, earum explicationem dexterrimæ inveniet.*

Figura E.
Omenti superiora notat.

E a b c Omẽtum *aut* Epiploon
F Regio Epiploi quę anteriora ventriculi integit
a a a a Mẽbrana ejus
b b Ejus vasa multo adipe comitata
c c c Rupturæ superioris mẽbranæ ab inferiori

Figura F
Intestina proponit, quæ eximuntur.

F a e g Intestina
a Duodenum abscissum cuj⁹ altera portio *Figura* C litera g signatur
b b ileon intestinum
c c c Ieiunum
d Cœcum intestinũ
e e e e e e Colon
f f Rectum intesti:
F Principium ejus
g Fi-

B

g Finis, ubi sedes & anus musculi

Figura G
Omenti inferiorẽ partem cũ Pancreate Mesenterio Splene & ramis vena porta explicat.

p trunc⁹ venę portæ *Figu:*C. eadem litera p notatus
a divisio trunci in mesẽtericum & Splenicum ramum, qui pancreati incumbit
b b * Splen *seu* Lien
b b Facies ejus sima
* Gibba ejus facies
c Ortus Epiploidis posticæ
d Gastrica major
e e e e e Mesenterium liberum ab intestinis
f f f Vasa iuxta intestina lata, & in ea hiantia
G g g g g g Omenti inferior membrana

Figura HH
Trunci corporis venas arterias ossa renes & carnem monstrat.

a a a a Spina quæ vertebris 30 constat
b b b Costæ 12.
1 2 3 4 5 6 7 Costæ veræ
1 2 3 4 5 Costæ spuriæ
c c c Vasa iuxta costas
d d d musculi intercostales
e f divisio ad jugulum truncorum ascendẽtium e. venæ cavæ f. arteriæ magnæ
g g Mãmaria vasa descendentia abscissa
g h Subclavia vasa ad brachium dextra & sinistra
h h Partitio subclavi:
i i Thoracica super:
e k Cavæ venæ truncus ascendens
k i Descẽdẽs truncus
f l l t Magnæ arteriæ truncus
m Foramẽ venæ cavę quo hiat in Cor, cui in *Fig:*B foramẽ m signatum respondet
n Magnæ arteriæ principium à corde de quo egreditur abscissum, cui in *Fig:*B foramen n respondet
o o o o Vena azygos
p Huj⁹ divisio in ascẽdẽtem ramum & duos descendentes
q q Vasa adiposa
r exortus Emulgẽtiũ
ſſ Renes
t t Lumbaria vasa superiora quorum plura inferius videntur
u Spermatica vena sinistra ex emulgente
x dextra è cavę trũco
y ortus arteriarum spermaticarum
z Mesenterica vasa
a. Cavæ venæ & aortę truncorum divisio
b.b.b

C

b.b.b. Os sacrum
c. Os coccygis
d.d.d Spermatica vasa cũ ureteribus abscis:
e.e. Ossa coxendicis *seu* coxæ
f f g g Vasa musculos femoris perreptãtia
h. Umbilicalium arteriarum portiões abs:
i.i. Sacræ venæ
.n Umbilicus
o Vena umbilicalis *sive* ligamentum hepar sustentans
.p p Umbilicales arteriæ ligamenta vesicæ factæ
.q Urachus
.r Vesica urinaria
.ſ.ſ Ejaculatoria vasa & semen deferẽtia
.ſ.ſ dextrum
.ſ t: sinistrum
.t. t Ureteres abscissi
.u u Spermatica vasa abscissa, peritonæo connexa, & cum ejus productionib⁹ adscrotum abeuntia
.x Corpus glãdosum *sive* prostatæ
.y Sphincter *aut* vesicæ musculus
.z Urethrę initium
a: a: Corpora duo penem efficientia
b:b: Penis *sive* ipsa virga cute detecta
c: Glans
d: Testis sinister
e:e: Corp⁹ varicosum
f: Ejaculatorii vasis in testem ingressus
g: Testis dexter peritonæo tectus
h: Penis vasa
k: Peritonæum à teste liberum
m: m: Ossa pubis
l: Cartilago interced:

Facies 2.
Cranium cum Cerebro exhibet.

A c f g Cranii exterior superior facies
A Frontis os
a a Ossa temporũ cum squamosis agglutinationibus
b Occipitis Os
c c Sutura coronalis
l Sagittalis sutura
e e Lãbdoidea sutura
f f Ossa syncypitis
g i l a Cerebrum cranio detectum
g g g g g Dura mater *seu* meninx
h h Sinus meningis 3
i k Sinus 1. & 2.
l cõcursus sinuum inferius 4. sinum constituens introrsum abditum
m m Vasa per meningem sparsa
n rima in sinu 1. aper:
o o o Fibræ meningis duræ per suturam coronalem detrusę pericranium efficientes
p p q r r r Pia mater *aut* me-

D

meninx tenuis
f f f Pars sinistra cerebri cum anfractibus & quia ad latus distorsum est
t t Callosum corpus apparet
u u Processus duræ matris *aut* Falcis corp⁹
x x Venulæ per falcẽ sparsæ ex 3. sinu
y ductus quarti sinus in meninges abiens
z z Cerebellum
a b. c. Cerebri substãtia interior, à qua superior, tam parte dextra quã sinistra ablata est quæ cõpressa guttas sanguineas fundit
a. a. a. Medullaris sub:
b. b. b. b. Cortex cerebri medullã ejus ambiens
c. c. c Callosum corp⁹
d. d. †† Ventriculi cerebri anteriores
e. e. e. Plexus choroides ab arteriis carotidibus effectus
f. f. Vasa per vẽtriculos anteriores
g. g. g. Fornix cerebri in cuj⁹ medio septum anteriores vẽtriculos distinguens
i. i. Latera ad tertium ventriculum
* Tertius Cerebri vẽtriculus, ubi meatus anterius ad pelvim & alius posteri⁹ in quartum Vẽtriculũ abit
l. Glandula pinealis seu Conarium autpenis cerebri
k k. Testes Cerebri
m. m. Nates seu clunes cerebri
n. n. q. q. Medulla Cerebri
n. n. Medullæ portiones à quibus Cerebrum abscissum
o. p quartus ventriculu cerebri apertus
p. Mucro ventriculi quarti
q. q Spinalis medula
† dura * tẽuis meninx
r f. x. z. a. d. Superficies cranij interna & inferior
r. foramẽ Cranii pro Medullæ clapiu
f f. Sin⁹ duo posteriores calvæ seu calvaæ
t. t. tubercula sinus & suturæ quam plurimæ in basi calvæ
u. foramen quorum plurima in basi cal:
x. Sinus
y Ossis sphenoides cavitas cui glandula pituitaria insidet
z. z. Os Sphenoides
a. b. b Ethmoides os
a. Septum spongiosi ossis
b. b. Foraminula & cavitates ossis cribrosi
c.c.c

E

c. c. c. Cavitates cranij ubi duplex eius tabulatum
d. d. Cranij exterioris faciei pars

Facies 3.
Rete mirabile explicat.

a. b. c. d. e. Rete mirabile
a. Glandula pituitaria
b. c. Arteriæ cerebrum subeuntes, quæ rete mirabile efficiunt
d e. Rami alij quibus rete propagines committuntur

Facies 4.
Venas & arterias Cerebri proponit.

a Iugularis interior
b Carotis arteria *sive* soporalis quæ cum jugulari ascendebat
a b Vena 1. in sinum 1. à qua ramuli in vicinas partes
b b Arteria 1. in sinũ 1.
c *anterius* Vena 2 in si:
c *posterius* Vena 3 in si:
d d Distributio venæ & arteriæ 3.
e Ramus abscissus arteriæ & venæ 1. qui musculos cervicis adeunt
f Arteri 2. in sinum
g Arter: 3. in sinũ, hîc calvariã ingreditur
h Sin⁹ 1. meningis cr:
i Sinus 2. crassæ meni:
k Sinus 4 reconditus è cõgressu trium sinu:
l l l Sinus 3. crassæ mẽ:
m m Rami ad sinistrã meningis partem diffusi, at abscissi
n n Rami ad dextrãmeningis partem sparsi
o o o Sinus 3. ductus per falcis corpus
p p Surculi ab hoc ductu sursum repentes
q r Ramus 4 sinus superior at infe: juxta K qui bipartitus sobolẽ unam antrorsum ad Choroidem, alteram retrorsum ad cerebellum mittit
ſ Uas insigne in quod 4. sinus desinit
t Hujus vasis bipartitio
u Arteriæ 3. rami, ad sinistras qui tenuem meningẽ ad dextras qui cerebri ventriculum dextrum pervadunt
x Plexus seu Rete mi:
y Arterię 3 ram⁹ ad nates
z Ramus ad oculos

Facies 5.
Hepar notat.

A Hepatis cava pars
a a Uesicula bilaria aperta
b Valvulæ ternæ ad cervicem
c Porus bilarius apertus
d d Cervicis vesiculæ &

F

& pori bilarij concursus in unũ meatum
e e e ramuli tenuiorem bilem in vesiculam deferentes
f vena umbilicalis
g Truncus abscissus portæ
h h venæ cavæ portio
i i i Venæ per Hepar sparsæ abscissæ
k k k Parenchyma hepatis seu interna eius substantia

Facies 6.
Vesiculam bilariam pingit.

a Uesicula bilis pro ut situatur in hepatis cava parte
b Sin⁹ cui valvulæ adnatæ
c Vesiculæ cervix.
d Porus bilarius
e meatus communis bilarij pori & cervicis vesiculæ fellis
f Pylorus ventriculi
g Duodenum intestinum
h Duod: apertum ut meatus communis bilarij insertio pateat
i Arteria per hepar & vesiculam
k Nervus hepatis &
l Gemellæ cysticæ
m m rãuli *seu* meatus bilis

Facies 7.

a Venæ & Arteriæ Mammariæ descendentes
b Epigastricæ venæ & arteriæ ascendentes
c c Vnio & concursus horum vasorum extremitatum

Facies 8.

a Pelvis erecta
b Glans pituitaria
c c c c Meatus quatuor ad pituitę egressum

Facies 9.
Partes generationis cum renibus & vesica in masculo proponit.

a Venæ cavæ truncus descendens
b Arterię magnę truncus descendens
c arteria cœliaca resecta
d d venę emulgentes
e e Arter: emulgentes
f f venę adipolę abscissę
g g Vreteres
h h Sinus, quos vasa emulgentia intrant
i i vena dextra spermatica è caua oriunda
k Ramulus à spermatica per peritoneum fusus
l l venę & arterię sacrę
m n ramuli ad musculos lumborum
o Vena spermatica sinistra ex emulgente oriunda
p p Origo arteriarum spermaticarum

G

p q arteria spermatica sinistra
p r arteria spermatica dextra
ſ Vas varicosum pyramidale
t t Testes involuti propria tunica
u Parastatæ *seu* epydidymis
x y Deferens vas
z z Vasorum deferentium exortus
a. a. Vasorum deferentium resolutio
b. g. meatus communis urinæ & seminis dissectus
c. Vesica urinaria aperta
d. d. Vasa quæ ad penem & cervicè abeunt
e. e Seminariæ vesiculæ apertæ
f. f. Duo corpora ex quibus penis constat
h. Orificij vesicæ dissecti latitudo, ubi ureteres implantantur
i. Cutis mentulam integens
k. diremptus trunci venæ cavæ & arteriæ magnæ
A Ren sinister
l. l. Renum cavitas *seu* vreteris latitudo in renis corpore aperta
m. m. m. Caro *sive* parẽchyma renis
n. n. n. Glandulæ renum
o. o. Cavitates extra uterum

Facies 10.
Vterum cũ collo ejus obverso exhibet.

a Vterus integer
b b Cervix uteri in se cõplicata & sursum tracta
c Protuberãtia penis glandis instar, in cujus medio orificium uteri internum est
d Cervix uteri

Facies 11.
Ramificationem cavæ & portæ venarũ per hepar proponit.

a b c Cava vena
a b Truncus ascendens
b c Truncus descendens
d d d d Radices cavæ per hepatis cõvexum
e e e e Radices portæ venæ per hepatis concavum
f f f Anastomoses *seu* radicum utriusq; venæ concursus
g Portæ truncus abscissus qui *Fig:*3 *Fac:*4 notatur a &
b d

H

inde prout pr[...] e-
ditpingitur

Facies 12
Vesicam cũ urethra exhibet

a Vmbilicus
b Urinariæ vesicæ posteriora
c congressus vaso-rum deferentium
d Vreteres
e Glandulæ prostatæ
f Penis 2. corpora
g Sphincter vesi

Facies 13.
Cordis ventriculum sinistrum per arteriam magnam apertum dat.

a Arteria magna abscissa, infra q[...] vena arteriosa [...] juxta eam corona[...]les arteriæ
b Orificium arteriæ magnæ *seu* ortus ejus è corde
c c c Sigmoideæ [...] valvulæ in art[...]
d Septum cordis
e Arteriæ venosa valvulæ duæ
g Sinistra auricula inversa
h f i d e b Cavit[...] nistri ventricul[...]
i Filamenta *seu* fi[...]bræ valvulis adnatæ hîc resect[...]
k k Cordis sub[...]tia externa ve[...]cul: sin: claud[...]

Facies 24.
Cordis ventricu[...] dextrum per ve[...] arteriosam apert[...] monstrat.

a Aortæ portic[...]
b Cavæ ve: por[...]
c Ualvulæ ve: c[...]
d d earũ filame[...]
f g e e e Orifici[...] Arteriolæ vena[...]pertum
f g foramina in [...]na arteriosa ra[...]rum
e e e Sigmoides 3. valvulæ
h h Septum cordis

Facies 15.
Cor à pericardio [...]rum & per mea[...] dissectum explicat.

a Truncus ascendens arterię
b Axillaris art: si:
c Art: ma: truncu[...] asc: cui vena [...] superjacet
d Auricula de[...]
e f Art: ve: ap[...]
e foramen in [...] in venam cav[...] ans cum val[...] quę in adult[...] crescit
g g [...]rdis ex[...]
h i k segmẽta [...]
h h Cordis u[...]
i i k k Cavitas [...]triculorum cor[...]
inde

VISIO CATOPTRI MICROCOSMICI SECVNDA,

Non loqueris falsum testimonium contra proximum tuum. *Exod. 20. ver. 16.*

Ne revoces me in dimidio dierum meorum, in generationem & generationem anni tui. Psl. 102. v. 25.

Memento quæso, quod sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. Job. 10. ver. 9.



Per me multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ, Prov. 9. ver. 11.

Deus creavit hominem inexterminabilem & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum, Sap. 2. v. 23.

MEDIATORIS CHRISTI SOLATIUM.

Non tulit at superi Proles mansueta Tonantis
Ah æterni iram damna suprema Dei;
Sed nudo misero fugitivo dicit Adamo;
Sume animum, nostrâ pectora fige fide.
Ecce miser pauper venio, ut mea copia ditet,
Imponens tergo crimina cuncta meo.
In cruce qui pro te mulctatus morte pependi,
Exto, devicta nunc nece, vita tibi.
Suspice, deijciat nec desperatio mentem,
Horreo non hominis sumere membra Deus.
Respice, mortua flore ut Colchidos herba vire-
Propria avis Phœnix nascitur & cinere; (scit,
Sic Homo morte mea vives feliciter, atque
Floridus æternùm conspiciendus eris,

A

Mesenterium. — Vide Visio: 1. Fac: 11. & Visi: 2 & 3. Faci: 1. Figuram G.

At mirabilis hic glomus intestinorum anfractuosus mesenterio in ipsorum medio situato, combinatur, quod duplicatum peritonaeum esse videtur, & innumeras venas meseraicas à porta ramo mesenterico, innumeras arterias à mesenterica superiore inferioreq́ & lumbaribus, innumeros nervorum surculos à sexto pari & lumborum vertebris prodeuntes, fovet ac obducit, & istis vasis intestina pervadit, dum plurima in ea hiscant eorum orificia. Verùm mesentericum ramum juxtà, ramus splenicus ad lienem tendens oritur, quorum truncus hepar petit, in cuius concavam partem suas agit radices.

Lien. — Vide Visio: 2. & 3. Fac: 1. Figur: G.

Lien in sinistro hypochondrio sub diaphragmate ad costas adulterinas unus collocatur, & hepati è diametro opponitur, ac speciem linguæ bubulæ aut spongiæ imaginem refert, qui ventriculo quà accumbit, concavus, quà septum respicit, gibbosus est, ad cujus medium circa lineam albam plurimæ splenici rami & arteriæ celiacæ soboles immittuntur, & per eum ramificantur.

Hepar. — Vide Visio: 2. & 3. Fac: 1. Figuram G. Itidem Visio: 1. Faci: 5.

Hepar, dextrum ferè implet hypochondrium, magnum, absque lobo, præter fissuram quam umbilicalis vena, in adultis ligamentum facta, hepar ne concidat sustentans, & abdomini nectens, ingreditur, integrum. Hoc vix transversum digitum à septo distat, & parte sima, leve, at cava, ob vesiculæ bilis & venæ portæ exitum, nec non ventriculum, quem supernè dextro eius latere integit, asperum est, & mediantibus ligamentis à peritonæo enatis, uno suspensorio diaphragmati, altero primæ lumborum vertebræ nectitur, venarumq́ & portæ & cavæ multis radicibus, scatet, quorum amborum inania vasorum spatia parenchyma, caro à sanguine effuso concreta existens, replet, ipsa autem vasa ambientibus, & nervorum à sexto pari ramulos accipientibus, membranis concluduntur, quibus in hepate pori multi, bilem ad fellis cistam, & bilarium porum, quæ concavæ & dextræ hepatis parti innata sunt, deferentes intermiscentur.

Vesicula bilis — vide Visio: 2. & 3. Faci: 1. Figuram C. Itidem Visi: 1. Fac: 6.

Fellis cysta seu vesica bilis, forma & magnitudine pyri est, membranosa eius substantia, interius à sordibus crustosa, quam cysticæ gemellæ à porta vena, arteriæ à cæliaca, & nervi à ramo hepatis tunicam perreptante, adeunt, fundus declivis & oblonga cervix retorta est, porum bilarium, ubi tres valvulæ sunt, ingrediens, cumq́ eo unum meatum duodeno intestino implantatũ oblongum, & circulariter ductum constituit, à quo quandoq́ ramus in ventriculi fundum hiat, qui à vitæ primordio statim miseros & cacostomachicos efficit.

Venæ omnes ab hepate oriuntur. — Vide Caput 3. antecedens

Ab hepate venarum radice, ac à suo origine per totum corpus venæ dispensantur, quarum porta vena solo infimo ventre continetur, at cava vena magna tantum ea portione, qua arteriæ attenduntur, & nervi à nervorum sexto pari permiscentur, reliquam undiq́ diffundens, sicuti è superioribus videre licet.

Renes — Vide Visi: 2 & 3. Fac: 1. Figura H H. Visi: 1. Fac: 9. Visi: 2. Fac: 14

Inter hæc vasa ea, quæ emulgentia vocãtur, ad renes tendunt. Est autem ren in utroque latere unus, depressior oblongus rotundus, phaseoli figura, exterius gibbosus, interius simus, subrubeus gemina peritonæi tunica copioso adipe illita conclusus, altrinsecus spinæ lumborum musculis incumbens, qui parte superna glandulam renis forma, & per totam substantiam vasa continet, duosq́ insignes ventres habet, unum interius magis, in quo carvunculæ subalbidæ, papillis similes, & vix sensibiliter perforatæ, alterũ magis exterius amplissimum, colatorium dictum, & anserini pedis more diffusum, carvunculas quibus singulis carnosum operculum impositum, amplexans. Hunc vasa emulgentia intrant, quorum vena valvulam seri regressum morantem habet, at de illo exeunt

Vreteres

ureteres, teretes oblongi crassi cavi & nervosi ductus, qui lumbis adhærentes duplicem intra peritonæi tunicam, vesicæ lateribus juxtà collum mirabiliter inseruntur inter duas transversas, & à vesicæ substantia non differentes, ac ureteres ingressos occludentes membranas.

Vesica urinaria — Item Visi: 2 & 3 Fac: 1. Fig: F & Visi: 2. Fa. 12

Vesica urinaria, corporis matula concava est, membranosa carnosaq́ peritonæi tunicis involuta, & antro coxarum in hypogastrio, virorum intestino recto, vel uteri cervici mulierum incumbens, continetur, quæ elatiori sede, seu ad fundi centrum, locum urachi umbilicum pertingentis monstrat, & foramina duo ab ureteribus, & unum ad cervicem, lotio exitum præbens, obtinet. Circa hoc cervicis foramen, posterius prostatæ in viris ponuntur, & vesica sphinctere munitur, peniq́ jungitur, & tota vasis perfunditur. Et hæ partes inserviunt nutritioni eamq́ juvant.

Virorũ generationis partes. — Iidem Visi: 2. Fac: 1. Fig: A.

Ad generationem faciunt, in sexu virili, spermatica vasa præparantia, quæ duæ venæ & totidem arteriæ sunt, in progressu peritonæi tunica obvolutæ, quæ juxta lumbos ad ilia devergunt, ubi è lata basi in mucronem deorsum coëunt, & supra pubis os abdomen excidunt, cumq́ peritonæo producuntur, & admirabili contorta implicatione ad testium summitates variciformes, corpora varicosa parastates seu epididymidas oblongas, eiusdem cum testibus, quibus adstant, naturæ, constituunt.

Spermatica præparantia vasa.

Testes.

Sunt autem testes plerunque duo instar aliarum glandularum albi cavernosi & molles, figuræ ovalis, qui tunicis cinguntur duabus propriis tenuibus, & duabus involvuntur crassibus, harum exterior à cute efformatur, & scrotum, interior à panniculo carnoso, & dartos, vocatur.

B

Spermatica deferentia vasa. — Ibidem

A parastatis deferentia seu eiaculatoria spermatica vasa oriũntur, alba teretia & nervosa, ad testes convoluta, & sursum resilientia, quæ mox in preceps aguntur, & ad pubis os per declivè coxarum spatium reflectuntur, ad vesicæ urinariæ cervicem seminarias vesiculas facientes, ubi prostatis inseruntur, quæ prostatæ

Prostatæ.

ceu adstites varicosi, binæ sunt glandulæ satis magnæ duræ & albissimæ, densissima membrana circundatæ, in ipsius penis urethram, in quam semen fundunt, hiantes.

Penis. — Ibidem

Est verò penis ad os pubis extra corpus prominens, involucris ut testes, communibus intectus oblongus, rotundus, à nervosis corporibus duobus porosis & raris, supernè junctis, infernè ubi urethrã seu canalem seminis, & urinæ effluxui destinatum efficiunt, dissitis constans, Canalis istius media substantia mollis & spongiosa, parumq́ nigricans est, obducta exquisitissimi sensus membranula circulis plena, qui canalis cum virga sive pene superiori parte substringitur ventri, reliqua verò propendet inde, ut litera S. se contorquens, cui in extremitate glans levis, mollis & tumens sensilisq́ est, tenui tunica velatus, in medio fissura perforata præditus, præputio cui ceu vinculo vel freno alligatur, tectus. Pollent autem hæ partes vasis ad sui conservationem conducentibus variis.

Glans.

Præputium.

Mulierum partes generationi — Ibidem. & Visi. 3. Fac: 1: Figura A.

In muliebri sexu commodant generationi eædem ferè partes, quæ in viris, modò, quod in prostatarum & penis locum, uterus cedit. Præparantia spermatica vasa etiam duæ & venæ & arteriæ sunt, quæ pluribus anfractibus, ut eorum multitudine via vasorũ brevitas recompensetur, constant, & corpus varicosum testem circundans, constituunt; priusquam tamen epididymida attingunt, ramum ad uteri fundum mittunt.

Præparantia spermatica vasa.

Testes.

Testes non ut in viris extra ventrem propenduli, sed penitùs in eius imum abstrusi, lumborum scilicet musculis accumbentes, latitant duo, qui uteri lateribus supra fundum appositi figura & latiore & depressiore, inæqualiq́ superficie conspicui glandosæ, & mollioris humidiorisq́ substantiæ, ac unica tenui membrana cincti sunt.

Spermatica deferentia vasa.

Ab epididymide seu varicoso corpore vasa spermatica deferentia nervea & candida, circa testem latiora per uteri ligamenta, instar tubæ foraminosa, & tortilium vermium more in se crispata, ad cornua seu uteri latera feruntur & implantantur, ramo angustiori longioriq́ ad cervicem usq́ protrusi, in quem etiam hiant.

Vterus. — Vide Visio: 1. Faciem 3, Itidem Visi: 2, Fac: 10. & Visi: 3. Fac: 3.

Vterus naturæ ager, à peritonæo enata tunica exterius investitus, duplici membrana carnosis fibris parenchyma quasi extantibus intertexta præditus, in multo amplioris quam virorũ est, coxendicum cavitatis medio tutelæ gratia inter vesicam & intestinum rectum locatus, rotundus, oblonga cervice constans, circa fundum liber, à lateribus ligamentis laxis & mollibus à peritonæo enatis, vespertilionum alas referentibus, ilii ossibus sicuti vicinis partibus cervix alligatus, & cremasteribus, qui nervosi rubentes & lumbricis sunt similes, ab uteri lateribus ad inguina per peritonæi productiones ascendentes, & pubis ossi latiores inserti, suspensus est, & plurima vasa, venas & arterias quidem à spermaticis & hypogastricis ramis, at nervos exiles retis modo implicatos multos à sexto pari & lumborum ossisq́ sacri ortos medulla recipit.

Divisio uteri in quatuor partes.

Dividitur autem uterus. 1. in fundum, qui superior uteri apposita vesicæ pars est, rotunda, intus cava & linea, ob quam dextrum & sinistrum habet divisa, & ad latera obtusioribus apicibus seu angulis cornuum proruptirientium formam habentibus donata, 2. in os interius quod orificium angustissimum est uteri, catelli os referens, quod semper arctissimè est clausum, præterquam dum virile semen intromittitur, vel fætus editur, & in non gravidis menses fluunt. 3. in collum seu cervicem, qui carnosus & nervosus fermè undecim digitos longus, rugosusq́ est, in cuius extremo claustrum virginitatis hymen vocatum, membranulam in virginibus venis plenam exigui in centro foraminis esse perhibent, circa quem locum vesicæ urinariæ introitus videtur, & 4. in orificium exterius seu cervicis finem aut muliebre pudendum, in quo pubis pilis consita, labia duo, plurimis verrucis similibus glandulis inferius referta, rima sua vulvam seu orificium externum efficientia, nymphæ molles, fungosæ & carnosæ duæ, intra quæ superius dulcedo amoris, clitoris vel mulierum virga, nervosa & spongiosa, tendi flaccesciq́ potens, & tandem ipsum cervicis foramen apparet.

Vterus prægnans — Vide Visi: 1 Faciem 3.

Vterus hic gravidus & prægnans si est, fætum, ore interno tàm arctè ut ne acus aciem admittat clauso, fovet, & in quantum fætus crescit in tantum ipse sese expandit, non quidem membranis suis tenuioribus sed multò, quod mirabile, crassioribus redditis. Circumvolvitur autem fætus duabus membranis, quarum una

Partes fœtus in utero gravido. — Item Visio: 1. Fig: 4. Eig: 4

chorion est, quæ convexa superficie matricis concamerationi nullibi nisi juxta fundum ad orbicularem affusionem seu uterinum hepar, egressuro infanti, ne impedimento sit, contigua est. Amnios altera, teli aranei instar tenuis transparensq́ illam undiq́ sue cingit, & fætum, cujus sudorem excipit, extrinsecus à seri acrimonia

Vasa umbilica-lia.

A monia defendens, in orbem tanquam indusium circundat. A hac membranæ umbilicali, ac quæ vena una, arteriæ duæ & urachus sunt, vasa semper juncta, & tenui musq; παντaχοθὲν obducta pellicula includunt, & tutò tanquam pulvinar fulciunt, & ab eis exiles vasorum ramos, per eorum substantiam dispersos suscipiunt, tandem quæ ramificationibus suis extimis ad orbicularem in chorio affusionem, plenæ lunæ seu placentæ, unde & ipsi nomen, similem, ac quæ sanguinis conturbati ardore tosti & exhausto vapore aridi ac concreti more, acetabulum seu cotylidonem refert, desinunt, & ostiolis suis omnibus in uterum dehiscentibus vasis junguntur. Hæc vasa tanquam canales contorti, noduq; quibus obstetrices partuum pluralitatem præsagiunt, distincti, & longiores tubali, umbilicum fætus ingrediuntur, quorum vena simæ hepatis parti circiter fissuram, at artériæ utrinque lateribus vesicæ connexæ iliacis magnæ arteriæ ramis implantantur, urachus verò seu urinaculum, cujus cavitas in Homine vix sensilis ex fundo vesicæ prognatum juxta arterias dictas ad umbilicum defertur

Hepar uterinum

Ipse fœtus qualis in matrice sit.

Vide visionis 1 Fac: 5.

At ipse fætus omnes hominis partes refert, indies illos absolutiores monstrando, quousq; tempore partus perfectus excludatur, tùm enim angustissimum uteri os interius, ad magnitudinem eius, supra omnem Humani intellectus captum sese aperiendo, illi exitum prabet, in quo sanè admirari Dei sapientiam ineffabilis, intelligi antem nequit.

Qualia in ventre infimo dictis partibus ablatis restent.

Residua sunt singulis ventris infimi enarratis partibus remotis, adhuc musculorum duo paria, quæ femur movent & vertebris incumbunt, latissimi musculi portio, cui quadratus subjacet obturator, femur circumagens internus, nervi lumborum ossisq; sacri & ipsa, cum sacro & coccygis osse coxisq;, undecim vertebræ, de quibus omnibus superius.

Caput VI.

Partes dissimilares ventre medio contentas ob oculos ponit.

Circũscriptio ventris medij.

INfimo ventre perlustrato, medius aggrediendus, qui illa corporis pars est, quæ à jugulo ad diaphragma quod obliquiore suo interjectu, ac paries integerrimus vitales partes à naturalibus distinguit, descendit, & dorso, costis, sternoq; definitur. Hunc 1. cuticula, cutis, pinguedo, panniculus carnosus, & musculorum tunica, 2. Musculi thoracis quinquaginta novem, scapularum octo & capitis, cervicis, abdominisq; portiones. 3. thoracis ossa, & 4. pleura non solum succingens, sed omnia etiam obvolvens, circumstant. Occurrunt hic vitæ destinatæ partes, extra cavitatem quidem mammæ; intra cavitatem verò mediastinum, pericardium, cor, aspera arteria, pulmo, vasa, thymus, æsophagus, de quibus ordine.

Ex quibus partibus constet medius venter sive thorax.

Mammæ.

Vide Visio: 1. Fac: 3.

Mammæ exquisitissimi ob nervos eò terminantes sensus, tàm ornatus quàm muniminis cordis ergò insident utrinque musculo pectorali una, quæ in mulieribus quam viris perfectiores, magisq; ut ad malorum tandem figuram crescant se extollentes, in quibus glandula major, quam plures minores pinguedine, & vasis permistæ, & membranula involutæ, circumstant, papillæ fungosæ, substernitur, quæ papilla attritu instar penis, & erigi, & flaccesci, potis est. Quare tota mammarum substantia glandulosa, membranosa & vasis repleta, quam senium ut rursum concidat & contabescat, absumit.

Mediastinum.

Vide Visio: 2. & 3, Fac: 1. Figur: C.

Mediastinum à pleura succingente costas, dum de pectoris medio spinam petit, oritur, & thoracem relicto intra sese insigni spatio, in partes distinguit duas. Hoc ut sterno anterius, ita posterius pericardio, inferius verò diaphragmati adhæret, & vasis minutissimis conspergitur.

Pericardium.

Ibidem.

Pericardium cordis involucrum ab anteriore sede in latera protuberans ad basin cordis amplissimum, tandem acuminatum, in tantum cavum, in quantum Cor vacuum interstitium ad ciendos motus indiget, & propterea cordis figuram habet, substantiæ crassissimæ durissimæ, exterius fibrosa & asperæ, at interius glabræ & lubrica est, mediastino pleuræ & diaphragmati annexum, nisi ubi vasa egrediuntur, continuum, & exilibus vasorum ramis conspersum, intra quod serosus humor cordi irrigando, ut non motu perenni fatiscat, destinatus, viget semper, cujus à morte ob funestum frigus uberior copia generatur, unde illum in cruce de vulnerato Christi latere prodigiosè promanâsse fusius, tanquam ex scaturigine quidam autumabant.

Serosus pericardij humor.

Cor.

Ibidem. Itidem Visi: 1 Faciem 12. & Visio: 2. Faci: 13. 14. 15. & Visi: 3. Faci: 15. 16, 17.

Cor principale medij ventris viscus ἀρχὴ τῦ θερμῦ καὶ τῦ ζῆν, figura πυραμοειδῆς, & crassi carnosiq; parenchymatis, tenui tunicula integitur, & in thoracis medio ad quintam costam sub pulmonibus, ac cujus lobi illud quasi obvolvunt, situatur, juxta caput seu basin, ubi vasa egrediuntur, & acci e sunt latissimum, semper acutius redditur, quo-usq; in mucronẽ seu conum sinistram spectantem abeat, simum anterius at posterius gibbosum, propè sex digitos longum, & quatuor latum altumq;. Huic ad basin adeps plurimus circumijcitur, & duæ auriculæ ostia cordis cavitatum seu ventriculorum munientes, tenues molles nervosæ & cuticulares, apponuntur, dextra quidem auricula major, ventriculo cordis dextro at minor sinistra, ventriculo sinistro. Horum dexter venosus & capacior est, in quem è patentissimo venæ cavæ foramine sanguis naturalis infunditur, qui sanguis tribus valvulis ligamentis validis interstitij sive septi carnosis portiunculis adhærentibus detinetur, & partim ex eo per arteriam venosam ad pulmones pro nutritione, tribus valvulis sublunaribus remeare inhibitus, detruditur, partim per intermedium septum, satis spissum, aliàs transcolationi, quanquam cavernosum & porosum minimè ut conspiciatur, pervium, ambos ventriculos specus seu thalamos invicem dispescens, in sinistrum ventriculum arteriosum & crassiorem, restagnat, inq; eo tenerior sanguis roscido vapore plenus, & à pulmonum carnis verbere extenuatus, ultimum ornamentum dum vitalis redditus spiritu repletur, accipit, qui tum, ubi fervidis fuliginibus beneficio arteriæ venosæ, cui duæ tricuspidales valvulæ instar mitræ episcopalis ne relabant appositæ, segregatus, purificatus est, per arteriam magnam, à qua omnes reliquæ arteriæ substantiæ crassæ & duræ, tanquam à radice pronascuntur, per totum corpus defertur, & regressus causa semilunaribus tribus valvulis munitur. Mirabilis certè fontis vitæ structura, mirabilior eius usus, mirabilissima in fætu & adultis; dictorum quatuor vasorum permutatio. Nam in aëre viventis hominis cõtinuo motu cor ducitur, quod in utero latitantis quiescit. Quare in fætu ob immobile cor, cum nutritius pulmonibus sanguis largiri nequeat, natura provida, Dei scilicet sapientia, ut vena cava vas dextri & arteria venosa vas sinistri ventriculi sub auricula dextra anastomosi, at arteria magna sinistri vas, & vena arteriosa vas dextri ventriculi sub sinistra auricula canali jungantur & uniantur, extra cor ordinavit, ipsis tùm debitam functionem cõcedens, quæ functio postea in adulto ob meatuũ conclusionẽ desinit, & vena arteriosa, arteriaq; venosa, inconveniẽtia aliás suæ naturæ munia obire, & non sine stupendo exequi miraculo, observantur.

Cordis auriculæ.

B

ventriculus cordis dexter.

Post partum permutatio functio vasorum cordis

Vide Visio: 1. Faciem 12. Item Visio: 2. & 3. Fac: 1. Figur: C.

Arteria aspera.

Arteria aspera, spiritalis fistula & animæ canalis, positus est ductus ante gulam, supra quam per collum ad pulmones usque pertingit, in quos ramificando absumitur, & tunicis duabus vestitur, quorum exterior à pleura, interior ab ea, quæ ori æsophago & ventriculo communis est, fibras rectas & pinguedinis plurimùm continens. Tota autem cartilaginea est, & in caput ac fistulam partitur. Caput larynx est, cui duæ adhærent glandulæ & quatuor clauditur cartilaginibus, de quibus inferius. Fistula seu longus ille arteriæ trames, bronchus dicitur, anteriore & lateralibus partibus ex sigmoideis cartilaginibus seu semicircularibus annulis in cicutæ modum compactis, & ligamento carnoso nexis constat, qui annuli posterius à tergo vertebras versus super gulæ decursum in membranam desinunt, cuius beneficio, etiam earum orbis & circulus perficitur. Finditur autem hæc fistula ad jugulum in duos ramos, qui in pulmones feruntur, quos si ingrediuntur, mox in alios duos subdividuntur, quo singulis pulmonum lobis etiam singuli cedant rami, in quibus infinitis intra arteriam venosam & venam arteriosam disperguntur surculis invicem osculis unitis.

Capite sequenti 7.

Divisio arteriæ asperæ.

Ramorum arteriæ asperæ distributio per pulmones

Ibidem.

Pulmo.

Pulmo respirationis officina, & anhelitus artifex in thoracis cavitate quam aëre plenus fermè implet, situs, ungulæ bubulæ more, cuius formam gerit, bifidus, & à mediastino, quo anterius sterno, posterius vertebris nectitur, suspensus, & in dextrum sinistrumq;, quorum uterque adhuc in lobos duos superiorem inferioremq; eiusdem propè magnitudinis dividitur, diremptus, substantiæ est laxa raræ spongiosæ & mollis, convolutus membrana tenui & porosa à pleura orta, fibrosis nexibus plurimis, posterius juxta vertebras ad latera hærens. Huius etsi substantia in fætu corde adhuc immobili existente, crassa, densa, rubea, & quæ hepatis parenchymati similis, tamen ubi cor movere cepit, illi statim raritas quadã & spongijs assimilis mollitudo, colorq; ex pallido flavescens obtingere incipit, cuius vasa etiam ut in hepate caro seu parenchyma circumducit.

Capite 3.

Thymus.

Vasa, venæ arteriæ & nervi thoracis quæ sint suprà dictum. Verùm ad istorum circiter jugulum divisionem thymus, cuius substantia merè est glandulosa mollis spongiosa rara & albicans, germanis lac vocitata, vasorumq; prætenuibus ramulis conspersa, sterno ad securiorem vasorum ductum & progressum subiectus, locatur & substernitur.

Ibidem.

Oesophagus

Oesophagus gula seu cibalis fistula nervosæ est substantiæ & tunica triplici, prima exteriore à vertebrarum ligamentis orta, 2. Carnosa transversis plurimùm fibris contexta, & 3. interiore membranea rectis fibris permixta, ori, labijs &c. communi prædita, oblonga, rotunda, cujus summum faucibus ac linguæ, ubi tonsillæ saliva prægnantes, sunt, annexum, at infimum ori ventriculi sinistro continuum. Gula hæc ad laryngem, ac suum principium, sub aspera arteria per cervicis interiora, pulmonis posteriora & diaphragma descendit, rectâ quidem ad quintam thoracis vertebram usq;, ad quam & aspera dividitur arteria, & ipsi gulæ glandosa apponuntur corpora satis magna, abhinc verò modicè dextrorsum se erigẽs, tamẽ mox sub cava vena versus sinistrum refle-

A

xa, superadscensa Aorta modò septum perforat, & ad os ventriculi, cui concretum finit.

Quomodo 3. ventres invicem distinguantur

Vt autem diaphragma inferum ventrem, cui culina corporis abdita, transversim à medio ventre, officina vitæ, dispescit, ita ab hoc medio, collum, ventrem superum, animæ domicilium, distinguit, qui omnes ut & artus, ossibus musculisq; cohærentes, vasis participant. Per diaphragma enim rotundum obliquè situatum, superius pleura, inferius peritonæo succinctum, circa finem seu circumferentiam crati, adulterinarum costarum multa carnis fibris, striatæ particeps, affirmatum, intra se merè nervosum tres maximi trajiciunt canales, siquidem & insignia eius sunt foramina à dextris pro vena cava, ac à sinistris pro gula, cujus lateribus nervorum plurimi rami adhærent ascensu & fissura una ad vertebras, ubi propendula ligamenta seu carnosæ duæ portiones, per quam arteriæ magnæ caudex & azygos vena extremum descendit. Per collum mediam intra caput & thoracem partem ex cute musculis & vertebris medullam cervicalem continentibus conflatam, venæ jugulares & carotides arteriæ scandunt, & sexti paris nervus cum sua sobole recurrentibus scilicet ad latera locatis detruditur, hacq; via & ratione ventres singuli ex scrutinij principalioris visceris fisco generosiores gazas communicant, & quantum possibile invicem tranquilla pace fruuntur.

Diaphragma. — vide Visio: 2. & 3. Faci: 1. Figuram C.

Lien.

Collum. — Vide Visio: 1. Fac: 7.

Caput VII.

Partes dissimilares ventre supremo contentas describit.

Caput.

Svpremus seu venter tertius caput est orbi similis, & collo insistens pars, quæ posterius pilosa est, & anterius faciem habet, Concluditur autem 1. cuticula, cute, pinguedine panniculo carnoso & musculorum tunica, 2. Pericranio, periostio, & duabus meningibus. 3. Ossibus, de quibus dictum, & dicendum adhuc de partibus eius dissimilaribus, tàm capillata quàm glabra eius parte inveniendis perlustrandisq;.

Cerebrum, — Vide Visio: 2. & 3. Fac: 2.

Cerebrum animalis facultatis sedes, viscerum ut excelsissimum, ita frigidissimum, calvariæ, cuius interioris superficiei formam gerit cavitatem propemodum implet. Vnde Hominis cerebrum quatuor quandoq; quinque librans pondera maximum, quod propter velaminum matrum seu meningium processus, uno falci scilicet simili in dextrum & sinistrum κατὰ μῆκος, altero κατὰ πλάτος, in anticum & posticum dirimitur, ita tamen ut inferior superficies seu basis cerebri continua & integra permaneat. Substantia eius alba mollis & humida, parenchymatis singularis, extrinsecus varios intestinorum more gyratos seu orbiculares anfractus format, intrinsecus verò medulla est continua plurimis visum effugientibus venarum arteriarumq; ramulis, quod sanguineæ guttæ si dissecetur, compressione promanantes satis testantur, conspersa, in qua corpus callosum, ventriculi quatuor pelvis glandula pituitaria, rete mirabile, testudo, conarium cerebellum vermiformes processus & medulla videntur. Cerebrum itaq; si prout à sinu primo dividitur in latera torquetur, corpus inferius terso candore lucidum apparet statim callosum duriusculum, cui speculum seu septum translucens, eiusdem cum cerebro substantiæ subjacet, quod antrorsum porrectum, ventriculos anteriores lateribus internis distinguit, Maximi autem & amplæ cavitatis ventriculi anteriores sunt, obliqui anfractuosi semirotundi & tenui membranula intecti, animalis spiritus ergasterium & conceptaculum, quorum substantiæ venulæ tenues à vasis plexus choroidei ortæ, connascuntur. Infra callosum corpus testudo est fornicis seu cameræ in modum arcuata, duræ & candidæ substantiæ, figuræ triangularis, foris gibba intus cava, sub qua plexus intricatus secundarum seu fœtus involucri æmulus, ex venis arterijsq; membranula connexis constans, in interiora tertij ventriculi fertur. Testudo itaque seu fornix hæc si auferatur, tum modò tertius ex toto videtur ventriculus, rima exigua pervius, qui quasi lacuna est, in quam anteriores ventres dehiscunt, & geminos ductus habet, biforisq; existit, anterior quidem meatus ductus seu cavitas satis profunda, ex pia matre instar infundibuli, initio amplo at sensim angustato, unde & pelvis dicitur, foramine formata, ad glandulam carne porosa bibula & illuviei excipiendæ peridoneæ præditam, pituitariam, meningibus involutam, & sphænoidis ossis sellæ, ad cuius latera arteriarum carotidum artificiosa structura, rete mirabile dicta conspicitur, insidentem abit, posterior verò meatus in quartum ventriculum porrigitur, ubi conarium seu pinealis glandula duriuscula sublutea, paulo posterius fornici apposita, abscondita est; infra quam quatuor tubera, pomorum specie protuberantia, rotunda locātur, quibus limbus è calloso corpore formatus accumbit, saltem sulculo seu linea invicem discreta, quæ corpora testes & nates vocata, canalem è tertio in ventriculum quartum, quem cum cerebri medulla constituunt, efficiunt. Quartus autem ventriculus à principio ut spirituum influxus liberalior sit, satis est amplus, & in medulla sensim coārctatus, tandē ad cerebelli præcipitium instar calami scriptorij mucronatus visitur, juxta quam regionem medulla cerebello continua est, quod cerebellum posterius ponitur, & à cerebro intercedente dura matre ad primum & secundum sinum distinguitur.

Quid in cerebro videri possit, — Vide Visio: 2. Fac: 3. & Visi: 3. Fac: 12.

Corpus callosum

Ventriculi anteriores duo.

Testudo seu fornix.

Tertius ventriculus.

Rete mirabile

[Ven]triculus quar[tus]

B

Cerebellum, — Item Visio: 3. Fac: 6. 8. 9.

Cerebellum elatiore superficie non gyris & semicirculis, sed versibus & oblongis lineis striatum, quod eiusdem cum cerebro est substantiæ, & processus continet, vermibus in lignis crescentibus similes, quorum superior minor ciceris magnitudine natibus adjacet, & tertij ventriculi meatum apertum retinet, cavitatemq; cisternæ ingreditur, inferior major medullæ incumbit, quartum ventriculum ne comprimatur, custodiens.

Medulla. — Vide Visio: 1. Fac: 1. Fig: F.

Ab hoc cerebro & cerebello medulla prodit, quæ quasi oblongatum est cerebrum, & intra calvariam spinaq; vertebras ad ossis sacri extremum descendit, & nervorum extremum existit, cujus substantia quam cerebri durior, membranis tribus tecta, quarum extima à valido, quod anteriores vertebrarum partes colligat ligamento est, semper humore madida, reliquæ duæ à meningibus. Hæc medulla interius tenui meninge bipartitò (sicuti in assa & elixa conspcitur) ut utrinque via relinquatur dividitur, & ad sextam thoracis vertebram in multos funiculos resolvitur, semper hinc inde filamentis suis junctis nervos spargens.

Partes faciej.

Et talia, capitis parte, capillis ex ultima coctionis excrementis ac materia productis decorata, continentur, nunc in capitis parte glabra quæ facies est, apparent, aures, frons, oculi, nasus, os, dentes, lingua, larynx.

Auris. — Visi: 1. Fac: 7.

Aures ad quorum radicem parotides glandulæ, cerebri emūctoria, forma anfractuosa & vanni sunt, & exterius ex molli quasi cartilagine cute tenui obducta, & petroso seu lapidoso osse interius constant. De externis, vasis scilicet musculis & superficie, &c. superius, jam de internis. In petroso osse quatuor sese offerunt antra,

Antra 4 aurium

quorum primum auditorius est meatus, qui obliquè sursum latus ad myringam abit, quæ membranula à periostio, & non à nervo nata est tenuissima, orbicularis, sicca, pellucida, nervosa tamen & fortis, quæ tria affabrè per arthrodiam devincta minima auditus ossicula, similitudinis ergò malleus incus & stapes appellata, mutuò cartilagine intercedente colligata, sibi quasi innata sustinet, ac obliquè antrum secundum tanquam septum prætendit, & à primo distinguit. Antrum secundum pelvis est, quæ aërem à primo ortu ingeneratum immobilem continet, in cuius cavitate ubi myringæ & malleoli capiti, chorda, filum, vel potius musculus adhærescit, quasi fenestrata, duo ductus adversum spectantes, unus ovata specie sursum, alter exiguus & cartilagineus deorsum retrusus & abditus, in palatum latus, sunt, cui substantia etiam durior circumponitur. Antrum tertium fodinarum antris simile, Labyrinthus dicitur, ob varios cuniculos, quo ut sonus acutior exquisitiorq; reddatur, ob ossis petrosi brevitatem retorqueri debuēre, excipit, quod antrum quartum buccinosum, cæca & cochlearis cavitas, vel cochlea dictum, sequitur, quæ antra, auditorius nervus ad os petrosum, quod cancellatis cavernulis atq; recessibus plenum ingressus sublinit & pervadit.

Vide Visio: 1. Faci: 8. 9. 10.

Frons.

Frons depilis sub syncipite est, potens tendi & corrugari, satis lata & plana ad supercilia hirsuta usq; protensus, cui oculi subsunt, cavæ orbitæ conclusi, intecti palpebris, singulis immobili inferiore & mobili superiore, mollissimis, in extremis tarsis cilijs seu pilis decoratis, utrinq; angulum efficientibus, in quorum interno ad nares lachrymalis caruncula, & foramen per quod excrementa oculi ad nasum stillant & defluunt. Ipse verò oculus rotundus copioso lubricosoq; adipe intermixtos musculos, nervum opticum vaginæ in modum induentes sex, & plures venulas à jugularibus ac arterias à carotidibus habet, at nervos accipit duos opticum unum, centro eius implantatum, motorium alterum variè diffusum, & membranis humoribusq; constat. Membranæ seu tunicæ sunt 1. adnata extima, alba, tenuis, fortis, orbitæ oculum, ne exorbitet nectens, 2. anonymos, quæ à nervosis exilitatibus, musculorum tendinibus ad iridem, qui circulus est intrinsecus varijs coloribus distinctus, oritur, 3. Cornea à dura matre orta, totius oculi tegumentum, anterius instar cornu in laminas secti pellucens, posterius opaca. 4. Vvea est acinum vinaceum exprimens à pia matre effecta, corneæ opacæ parti subtensa, quæ ad principium iridis reduplicata, pupillam format. 5. retina ex fusa & dilatata nervi optici substantia, varijs coloribus picta, mollissima, posterius mucoris instar uveæ adhærescens. His superaccedunt illæ membranæ quæ quemq; humorem integunt. Humores sunt 1. aqueus mollissimus, maximusq;, anterius sub diaphana cornea parte situs, plus dimidio implens orbem, innominata secunda tunica convolutus. 2. Chrystallinus, grandinem glaciem seu chrystallum imitans, minimus durissimus, oculi centrum, veluti eius anima, occupans, aranea tunica splendente, cæparum pelliculis simillima intectus, circa quam ligamentum, cujus striæ rectæ nigræ per circulum ductæ, palpebrarum pilos referunt, ciliare, araneam & uveam tunicam jungens, existit, tandem tertia media & magnitudinis, & durittiei vitreus est, posterius locatus & tunica vitrea clausus, cui chrystallinus humor, qui humore aqueo depressiore parte etiam, parte subrotunda insidet.

Oculus. — Visi: 1. Fac: 6.

Membranæ oculi.

Oculi humores

Nasus

A

Naſus

Naſus in medio faciei protuberans olfactus propugnaculum eſt, à ſepto in nares quæ conſtringuntur dilatanturq́; bipartitus, & ex oſſibus conſtat, quorum ſuperioribus cartilagines tres apponuntur, quarum duæ alas, tertia ſeptum cartilagineum facit. In naſo vaſa reptitia à jugularibus carotidibus, & tertio nervorum pari inveniuntur, atque illius ſuccingens tunica à dura matre orta, & ori linguaq́; &c. communis, exquiſito pollet ſenſu.

Os cum labijs.

Os labia formant duo carnea permobilis & indigeſtæ molis, quorum rubentes ex ſanguine partes proſtomia dicuntur. Moventur autem ut inferior maxilla, temporum oſſi valido ligamento combinata, muſculis. Maxillis dentes 32. qui ſtamina in utero jecêre, at edito modò infante temporis progreſſu perficiuntur inhærent. Maxillæ ſiquidem alveolis ſuis ſubſtantiam ſupernè oſſeam infernè mucoſam magis, & folliculo albo tenaci, & ſecundum dentis perfectionem mucido membraneſcente, juxtaq́; eius extra gingivam eruptionem parum perforato obvolutam continent, quæ duplici aut triplici ſerie diſtincta, in cauſa eſt, ut una vice aut duabus deperditis dentibus, alij ſuccedant, quibus tenuioribus albicans ſuccus tandem oſſeſcens ineſt. Obvolvuntur dentes membranula exactiſsimi ſenſus, ad quam quia attritu defluxum reſarciri, nativus calor conſervari, & inconvenientia ſentiri neceſſum, vaſa mittuntur, & ad maxillarum latera gingivis dura, & immobili carne præditis obvallantur, & ſic oris cavitatem claudunt.

Dentes. Viſio: I. Faci: 23.

In cavitate hac ſuperius palatum eſt, oſſeum, carnoſa tunica inveſtitum, concavum duobus foraminibus, per quæ à quarto pari nervi deſcendunt præditum, ad cujus finem ex eius reduplicata tunica uvula, particula oblonga & rotunda dependet, juxta quam ex naribus ad os meatus duo, at infra eam fauces exiſtunt.

Palatum. Viſi. 1. Fac: 12

In his faucibus œſophagi principium eſt, cui ad latera amygdalæ ſeu tonſillæ vel glandulæ fungoſæ magnæ ſatis madore & ſaliva, qua, linguam os & ſubditas partes proluunt & humectant, prægnantes apponuntur, & caput laryngis, cartilaginibus quatuor conſtans, præeſt. Cartilaginum prima ſcutiformis eſt, pomum Adami dicta, tangentibus nobis obvia, intus cava, gibba foris & protuberans, linea quaſi partita & proceſsibus binis ſuperius inferiusq́; donata. 2. Annularis Turcico annulo aſsimilata, laryngem ambiens, & apertam reſervans, nec non poſterius ab œſophago diſtinguens. 3. Guttalis eſt cuius duo proceſſus ſuperius congreſsi os ollæ ſimile, inferius rimulam, lingulam dictam, formant. Cartilagines has membrana & obvolvit & colligat, quæ utrinq́; ſinus efficit, quibus 4. cartilago Epiglottis ac operculum ſuperimponitur, mollioris ſubſtantiæ hederæ folij forma, quæ cum ſemper erecta, tamen in epulando alimentorum pondere, ut fiſtulæ rimulam claudat, efficitur, at non tam arctè quin quiddam illabatur, quod ſi portio potus eſt, tum illa in ſinubus alterata per arteriam lubricam, aëris elationi viam reddentem deſcendit, Si verò de cibo quid eo aberratum fuerit, tum quia craſsitie meantis illàc ſpiritus reciprocationi obſtat, natura fortiſsima tuſsi rurſum eructat.

Fauces.

Laryngis caput. Viſi: 1, Fa: 15. Ibid: Fa: 16. 17. 18. 19. 20.

Huic laryngis capiti os biſurcatum, ſeu hyoides fauces fermè circumſcribens, & linguam ad radicem fulciens, præponitur.

Os hyoides. Itidem Fa: 24

Eſt autem lingua vocis & guſtus inſtrumentum, anguillæ modo volubilis, ac quæ in orbem circumagi conſtringi dilatari protendi elevari deprimi extendi, & ad latera torqueri potis eſt, ſubſtantia quidem molli laxa fungoſa & carnea, at non fibroſa, in oris cavitatis medio, palato ſubjacens, ſita, ad radicem lata & craſſa, ad dentes verò, à quibus duplici ſepto vallatur, tenuior, autiorq́; validiſsimo ligamento oris baſi nexa, cui quandoq́; funiculus in infantibus ſolvendus, frenulum linguæ dictus, adnaſcitur. Vaſa linguæ multa ſunt, comprimis venæ ſub ea conſpicuæ duæ Raninæ appellatæ, ab externis jugularibus, & arteriæ à carotidibus; nervi verò per tunicam eius qua obvelatur contexuntur tam molliores à tertio & quarto pari, quam duriores à ſeptimo, à quibus ut celerius moveatur, adipiſcitur. Lingua hæc muſculo etſi ſimilis ſit plurimi tamen alij in eadem deſinunt. Quæ de admiranda hac lingua aliâs dicenda eſſent, meæ facultatis non ſunt; quare eam ſermonis & eloquentiæ miniſtram, ut & Deum celebret & homines pia doceat Creatoris gratia affulgente, theſaurum linguæ laudando maximum miſericordis Dei donum, regemus & cohercebimus.

Lingua. Viſi: 1 Fac: 24

Mirabilia linguæ edici nequeunt

Artuum hiſtoria & enarratio reſtaret, verùm cum ea quæ integunt iſtos ac cuticula, cutis, &c. nec non muſculi, vaſa, oſſa, & ſic omnia ex quibus componuntur & conſtant, ſuperius explicata habeantur, ideo recapitulare talia ſupervacaneum.

Artuum partes in ſuperioribus enarrantur.

B

Caput VIII.

Regimen partium Hominis unitarum, animæ domicilium extantium, enarrat.

PARTIBVS ſingulis explicatis, quomodo ſuſtententur, & quæ conjunctim munia exequãtur, nunc ſtylo ſimplici breviq́; perſtringuntur, ſiquidem aliâs mortuum modò & haud animatum corpus expoſitum fuiſſet, itaque ne quid deſit paucu recenſentur ea, quæ in Homine comprimis obſervanda veniunt.

Sicuti autem aliâs corpus naturale materia & forma, ac principijs conſtat; ita & Homo ijsdem conflatur. Nam elementa alterata, & quia miſcibilia ſunt corpora unita, materiam; Formam verò Anima facultatibus ac principibus actionum cauſis inſtructa præbent, quæ duo arctiſsimè ſpiritibus invicem jungi patet. Et quanquam de formali principio Hominis, ſubſtantiæ enim rerum inperceptibiles (Anima) exactè loqui nequeat; tamen de materiali (corpore animato) differenti, illud à poſteriori cognoſcendum ſe præbet, & hac ratione per tranſennam inexplicabilis Dei ſapientia miranda, in anima ſe offert. Nam Deus de terra creavit Hominem & ſecundum imaginem ſuam fecit illum, & à principio creatura maſculum & feminam fecit illum. Vnde cum immenſo hoc opifice, ut Homo incrementum ſumat, ſuam ſpeciem indeficientem ſervet, & ad legitimum vitæ terminum aſpiret, placuerit, ambos ſanitate, quæ & διάθεσις κατὰ φύσιν ἐνεργείας ποιητικὴ eſt, & in juſtæ temperiei, concinnæ compoſitionis, & debitæ unitatis partibus, ac ſubjecto viget, donavit. Verùm quia ſanitatis potentia non in eſſentiali corporis, quæ ipſius animæ ſemper unius eiuſdemq́; & invariatæ, ſed accidentali, quæ accidentium diſpoſitio eſt, ſtaſi conſiſtit; ideo pro accidentium horum varietate, ac quæ mutantur κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον & ἐν πλάτει plerunque ſunt, forma ſubſtantialis diverſimodè etiam operatur, hominem nunc melius nũc peius agentem, nunc ſanius nunc morbidius viventem, imò tandem morientem efficiens,

Principia hominis quæ ſint.

Subſtantiæ ſenſibus non percipiuntur.

Syra: cap: 7. verſ. 1. Marc: ca: 10. verſ. 2.

In accidentali ſtaſi corporis Sanitas eſt.

Dependet autem ſanitas hæc à primo ortu. Vnde ſtatim in generatione varia ſimilaria corpora, ex principiorum (ſeminis & ſanguinis) mixtione ad unius naturæ, diſsimilaria ex ſimilarium cohærentia, ad unius organi conſtitutionem ſub una forma coaleſcunt, & unitate requiſita vinciuntur; In ſpecie verò ſana ſunt, ſi diſsimilares in ſimilarium debito ad actionis exercitium in unam formam nexu & compoſitione, quæ conveniente ſitu, apta ſuperficiei meatuum, & figuræ conformatione, juſta magnitudine & decente inſtrumentorum tam actionem promoventium & perficientium, quam commodiorem reddentium, & eam conſervantium numero ſubſiſtunt, & illis ſimilarium generoſa ſanitas acceſſerit, quæ temperiei legitimæ ſplendore, & qualitatum nobiliorum & & primarum laudatur. Temperies iſta ceu domina, quatenus ex elementis mixtum corpus eſt, è juſta primarum qualitatum inter ſe non ad pondus & ſimpliciter, ſed ſecundum quid & ad juſtitiam, ac quæ cuivis partis naturæ accommoda, mixtarum, reſultat, quatenus verò vivit, multò nobilior exiſtit, calor ſcilicet tum humiditate ab origine ſingulis partibus inſitus, quem à publicis facultatum officinis influens conſervat. Nam τὸ ζῶον εἶναι ὑγρὸν καὶ θερμὸν καὶ τὸ ζῆν τοιοῦτον. In humido enim & calore eſt vita, ſiquidẽ quamdiu radicale balſamum, calore & inſito ſpiritu perfuſum, à materia ſubtiliſsima, & in aëream quaſi ſubſtantiam attenuata, ſpiritibus ſcilicet influentibus, à cerebro ac animalis principio, corde vitalis promptuario, hepate naturalis officina, per totum corpus transmiſsis, facultatum vehiculis fovetur, tamdiu anima corpori alligata manet, & eo corpore ac organo utitur.

Sanitas eſt à primo ortu.

Temperies duplex.

Vnde ſpiritus influentes oriantur.

Sanum hoc animale corpus, ob facultates, ab anima quæ ἐντελέχεια σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ eſt, una & ubiq́; tota, immediatè productas, & ſingulis minutiſsimis etiam, corporis particulis inſitas, convenientes edit actiones, quas facultates actionum cauſas, cum medicis in naturales vitales & animales diſpeſcimus, quarum in ſubſidium, ſapientiſsimus Deus, res ut medici vocant non naturales, comparavit. Naturalis enim facultas cibo & potu, debitaq́; eorum retentione & excretione; vitalis aëre & animi accidentibus; animalis ſomno ac vigilia & motu ac quiete conſervatur, hacq́; ratione individuum non modò ad tempus ſuſtentatur, ſed & ſpecies ipſius propagatur. Meritò ergo quantum humana in hac fragilitate concedit ratio, quale partium Hominis unitarum, ab anima ac proprium ſuum domicilium inhabitatarum regimen ſit,

Quid anima.

Tres facultates Animæ non naturalibus rebus ac quæ res ſpiritus ſuppeditant conſervantur.

K

P I N A X

VISIONIS CATOPTRI MICROCOSMICI TERTIÆ,

S I V E

Explanatoria literarum & characterum Catoptri Microcoſmici Viſione tertia ſpectabilium omnium & ſingulorum Tabula.

Facies 1.

Hujus Figura A. Venas aliquas quæ se cantur, nec non pudendi externas partes explicat.

a Vena frontis
b Vena temporum
A c d Vena cephalica *seu* humeraria cubiti
* Mediana ex c ramo & Basilicæ congressu
e Salvatella manus dextræ
f Cephalica ejusdem manus
: Tibiæa exterior
g Tibiæa interior *seu* Poplitica & curvaturæ sinistra
i dextra
h Ischiadica
i Saphæna sinistra in pede
Æ dextra in femore
k Vena pollicis pedis, quibusdam cephalica
l Vena minimi digiti pedis
mpno Muliebria *seu* vulva
m Pubes *seu* pecten
n Rima
o Clitoris
pp Colles

Figura B.

Pulmones & Cor in thoracis cavitate ubi lmnooo sternum est, notat, quæ facilè eximuntur.

A Cor suo involucro tectum
b d g l m Aspera arteria
a b c h i k Larynx *sive* asperæ arteriæ caput
a b c Laryngis anterior facies
a b Epiglottis
b b Scutalis cartil:
c Glandulæ
d d d e e e Fistula arteriæ asperæ
d d d Bronchij *seu* semicirculares cartilagi: his ligamenta e e e intercedunt
f f Divisio arteriæ asperæ, & per parēchyma seu pulmonum lobos distributio
g g g Surculi asperæ arteriæ p pulmōes
h i k Laryngis posterior facies, quæ parte rimulam suppositam claudit.
i i Sinus scutalis cartilaginis *sive* ejus interior pars
k Crycoides cartil:
l l Ligamentū membranosum brōchiorum circulum integrans
m n o Pulmones
m m Lobi superiores pulmonum
n n Lobi inferiores
o o Interstitium *aut* spatium inter lob:
p q m n Foramina vasorum 4. cordis abscissorum
pp Arteria Venosa dissecta
q q Vena arte: dissecta juxta cor ut foramina pateāt
r r r r horum vasorum rami per pulmones cōjunctim sparsi
s s s s Pericardium *aut* cordis involucrum
t t Mediastinum a vulsum à sterno
u u Cavitas media:
x x x Vasa sparsa per pericardium
y Cordis basis
z Mucro cordis

Figura C.

Diaphragma, ventriculum, hepar, quæ eximuntur pingit.

a b c d e Oesophagus
a Gula *sive* orificium œsophagi in faucibus
b b Tonsillæ juxta gulam
c c Longitudo ductus œsophagi
d d Glandosū corpus ad vertebrā 5.
e e Nervi à 6. pari ad ventriculum
f f f Ventriculi *aut* stomachi facies anterior
g g Intestinū duodenum
h h Vasa fundum ventriculi perreptantia
i i Meatus bilarius cōmunis abscissus una parte duodeno, altera vesicæ bilariæ adhærens
i k m Bilaria vesica
k Sinus ad exortū pori vesiculæ
m Fundus
l n o p q r Hepar
l l l Hepatis facies
n n n Vasa hepatis
o o o o Hepatis superior facies
p Portio Vmbilicalis venæ, ubi hepar ingreditur, altera portio *Figura* F. o notatur
p Portæ venæ portio ubi hepar egreditur, *Fig*: G. itidē reliqua portio p signatur
q Ligame: hepatis
r Excavatus locus ad cavæ venæ & arteriæ magnæ descensum
s t u e. y d. Diaphragma
s s s s s s Pars diaphragmatis carnosa
t ejus portio anterior
u u u u Nervosa pars, *aut* septi membraneum
x x Foramen sinistrum pro ascensu œsopha:
y y y Cava vena superi⁹ per diaphragmatis foramē dextrum ascendens
z Ramuli venæ cavæ abscissi perhepar sparsi
a. a. Trunci arteriæ magnæ descendentis portio
b. c. c. Vasa per diaphragma
d. d. exortus 2. carnosi vertebris thoracis adnati
e. e. Mediastini portio diaphrag: adhærens
f. f. Cavitas ejus

Figura D.

Peritonæi superiorem partem exhibet.

D a b c d e f g Peritonæ.
a Vmbilicus cū cutis particula
b b Linea alba
c c c c membrana superior ejus dissect.
d Soboles venarum ad latera peritonæi sparsa
e e Venæ & arteriæ à mammarijs
f f Venæ & arteriæ ab epigastricis

Admonitus sit Lector ut hujus Faciei 1. Figuras E. F. G. & H H ad 11 usq; pagina 14 qua Visionis secundæ Pinax habetur, quæ unius cum his sunt picturæ, & modò adaan

Figura F

h umbilicus
i vena umbilicalis ligamentum hepatis facta abscissa cujus portio
k vesica urinaria
l l arteriæ umbilicales in ligamenta vesicę degeneratę
m Vrachus
n n Vreteres abscissi quorum portiones Fig. H literis d. d signantur.
o Collum vesicæ
p r x u Matrix seu vterus
pp. Collum seu cervix vteri
r Corpus seu fund⁹ vteri
s Vasa per collum vteri repentia.
t t Ligamenta vteri inferiora seu cremasteres ad pudendum desinentes
u u Testes
x x Spermaticorum vasorum ramus per vterum sparsus & peritonæo ramos concedens.
y y Tuba seu vas semen deferens
z z Vasa ad tubam
a. a. Spermatica vasa.

Facies 2.

Cranium cum Cerebro inversum exhibet.

b f k Exterior & inferior calvariæ superficies
a Foramen occipitij
b Capitula ossis occipitij duo primæ colli vertebræ coarticulata
c c Processus styloj dej
d Sinus temporum pro inferioris maxillæ articulatiōe
e Prominentia maxillæ superioris ad tempora
f Iugale os
g Os occipitis
A h Processus vespertilionum alas referentes
i Palatum
k k Dentes maxillæ superioris.

Cerebrum.

l m n o Dura matre intectum
l Locus vbi gladula ossis Cunei est pituitaria
m Glandula pituitaria
n n n Dura mater
o o o o meatus in fauces & palatum
p p p Vasa per durā matrem
q z g Cerebrum à dura matre liberū
q Opticorum nervorum concursus
r r r r r Optici nervi
f f Processus mamillares
t t Ramulus seu filamentum nerveū quod videtur esse nervus peculiaris forsan accipiendus pro8 Cerebri nervo
u u Ramulus quarti paris qui potius à tertio nervo oritur & absumitur in palati tunicam
x x Nervorum par quartum seu tertij paris maior radix
y y y Nervus auditorius
z z Par nervorum sextum maximū
a. a. Par 7. nervorū
b. b. b. b Cerebellum
c. c. Nervi oculorū motorij
d. d. d. Nervorum tertium par seu minor radix
e. e. Portiōes de meninge dura.** de pia matre portio
f f f. Cerebri substātia
g. g. Medulla Cerebri
h. i. k. Ventriculus anterior Cerebri lævus.
b. Plexus choroides seu rete mirabile
i. i. i. i. Cavitas ventriculi magna satis
k. k. k. Scissura ad quas crassities Cerebri juxta callo sum, corpus apparet.
l. n. o. p q. Superficies inæqualis rimis & sinubus scatens interior & superior calvariæ
r. r. Caluariæ exterior superficies
s. s. s. Fissuræ in Calvaria ob quas duplex fit tabulatū
t. Crassities.

Facies 3.

Vterum cum cervice apertam monstrat.

a b Vteri dissecti interna
a Sinus dexter
c Sinus sinister
c c Tunicæ uteri crassities
d Vteri interiusori ficium
e e Portio membranarum uterum ligantium
f Ceruix vteri
g Ceruix vesicę

Facies 4.

Ramificationem venæ portæ hepar egressæ explicat.

a Portæ truncus
b Cysticæ gemellæ
c Gastrica dextra
d Bifurcatio trunci portæ
e n Ramus Splenicus
f Gastrica minor
g Gastrica maior, ab hac
h Ventriculi coronaria
i Epiplois dextra
k Epiplois postica, hujus rami
l dexter
m sinister
n. n. n. Splenici rami per Lienem distributio
o Uas breue
p Gastroepiplois sinistra
q Ramus Mesentericus
r Gastroepiplois dextra
s Intestinalis
t Mesenterici rami divaricatio, à quib⁹
u u u Uenæ Meseraicæ, & à
x Sinistro ramo
y y z z Hæmorrhoidalis inter[illegible] quæ ad ductum intesti ni Coli & Recti Anum petit.

Facies 5.

Intestina crassa proponit.

a Finis tenuium intestinorum pro vt hîc abscissa & filo ligata
b Cæcum
c c c Colum
d e Rectum intesti:
e Hic virorum penis, & mulierum uterus alligatur
f Sphincter musculus
g Anus cum musculis Penis

Figura 6.

Cerebellum pingit.

a b c d f Supinum iacens cerebellum, à quo medulla sepa rata
a Dextra cerebelli pars
b Sinistra cerebelli pars
c d Medium cerebelli
e e Portiones cerebelli quibus connascebatur medulla
f Sinus cerebelli qui cum sinu medullæ 4 ventricu: facit

Figura 7.

Nervorum cerebri par sextum notat:

a Cerebrum
b Tubera cerebri
c Cerebellum
d Medulla abscissa, quæ hîc per spinæ vertebras delabi & Spinalis dici incipit,
e Processus mamillares olfactui servientes
f g Nervi optici *seu* primum par nervorum
g Tunica in quam hic nervus expanditur
h Par 2 *seu* Oculi motorius
i k l m* Par tertium *seu* Paris tertij minor ra dix
k Propago 3 paris ad cutim & musculos abiens
l alia propago in maxillam superi:
m alia propago ad narium tunicā
n prop: alia in Tēporalem musculū se diffundens
o Par quartum *seu* tertij paris minor radix
p huius propago contorta.
q. Propago hujus ad gingivam alia, & dentes superiores
r alia propria ad maxillam inferiorem, cujus surculi ad dentes usq; pertingunt
s s Nervi 4 paris in linguę & palati tunicas absumptio
t u Quintum par *seu* nervus auditorius
1 2 3 Rami 5 paris
1 Faciem accedens *rectius hic pro 8 pari haberetur.*
2 Superiorcum nervo primo coiens
3 Inferior cum nervo p. coiens
x Nervorum par 6, *hic propago 7 paris q̄ superiora laryngis petit abscissa*
y y Nervi 6 & 7 progressus
z Paris 6 ramus ad cervicem
a. Ramus à 7 pari ad fauces
b. Nervorum 7 par
c. Vnio 6 & 7 paris
d. Paris 6 ramus ad laryngem
e. Nervi huius bifurcatio
c. f. l. Interior ramus vertebris attensus
g Superius, Ramus ad claviculas & ad os pectoris
g g inferius, Rami per tunicam pulmonum
h. Ramuli dextri nervi qui recurrentem constituunt
i. Recurrēs nervus
k. k. Stomachi nervi
m. m. m. Distributio 6 per inferiorē ventrem & omnia ejus contenta

Facies 8.

Processum vermiformem anteriorē pingit

Facies 9.

Processum vermiformem posteriorem pingit

Facies 10.

Ventriculum mōstrat
A d g. Ventriculi posterior facies ad tergum versa
a. Gula *seu* orificium œsophagi in faucibus
a c d Longitudo ductus œsophagi
b b Tonsillæ
c Glandosum Corpus ad vertebram quintam
d dextrum seu superius orificium ventriculi circa quod ipsi œsophagus jungitur
e e Nervi à sexto pari ad ventriculum
f Pylorus *seu* sinistrum orificium vētriculi vel inferius
g duodenum intestinum
h. Meatus bilarius in duodenum
i i i i Vasa Ventriculi abscissa
k k intima tunica ventriculi in qua Tricę ventriculi
m m Orificium superius dissectum
n o o Pylorus dissectus
p Cavitas orificij
q q intermediū tunicæ
r r r pellicula dilacerata tunicæ
s s s Fibræ apparentes in tunica dilacerata

Facies 11.

Venam Azygos explicat.

a Portio venæ cavę ubi Azygos oritur
b g g Vena Azygos
c Azygos rami ad 7 & Octavam costā divisio
d d Venæ intercostales dextræ
e f Interc: venæ si:

Facies 12.

Pelvim cum glandula pituitaria notat.

a a a Portio calvariæ meninge crassa obtecta
b b Nervorum opticorum portiones
c c Arteriæ soporales *sive* carotides
d Pelvis propendens
e Glandula pituitaria
f Nervorum paris 2 portiones

Facies 13.

Est portio intestinorum exscissa juxta Cæcum hîc aperta vbi * valvulam regressum fecum ex crassioribus in tenuia intestina impedientē mōstrat

Facies 14.

(*NB. In Visionis huius Faci: 14. a b d f g k n o* p p q t t literæ idem quod in Visinoe 2. Fac. 1. Figu. K. significant
e Ramus à sper: ad peritonæum
e Vesica aperta
b Tuba *seu* vas deferens semen
i Vasa ad tubam à spermatica
l Vasa à spermaticis per vteri fundū & cervicē repentia
m Uterus
r ejus ceruix
s Vasa inferiora vteri, cervicem illius implicantia
u u Ligamenta *seu* cremasteres
x Pudendum

Facies 15

Cordis ventriculos secundum longum divisos exhibet.

a Arteriæ magnæ truncus descendens
b arteria axillaris
c Arteriæ magnæ truncus ascendēs
d Arteria venosa
e Vena cava
f i Vētriculus dexter cordis
h Ventriculus sinister cordis
g g g Carnea Cordis substantia dissecta

Facies 16.

Cor per sinistri ventriculi arteriam venosam apertum, explicat.

a Arteria magna resecta
b vena arteriosa resecta
c c arteriæ venosæ orificium apertū
d auricula sinistra conversa
e e valvulæ duæ venosæ arterię
f Cordis substantia externa claudens ventriculum
g g filamenta Carneis cordis portionibus quibus ut & valvulis adnascuntur, quarum una i notatur
h Septum seu interstitium ventriculorum
k apex Cordis

Facies 17.

Cor per dextrum vētriculum & venam cavam apertum proponit.

a b f vena cava
b c d e vena cava aperta
b locus circa quem in Cordis vena cava dextrum ventriculum hiat
c excrescentia seu protuberantia Circularis juxta cavæ orificium
d venæ cauæ truncí descēdentis orificium
e venæ cavæ ascendentis trunci orificium
g h Valuulæ duæ venæ cavæ quibus tertia non signata ad latus
i Carneæ portiones quibus filamenta k k valvularum adnascuntur
l apex Cordis

Qui prius re[illegible]ondet quam cognoscat, stultum se esse demonstrat & confusione dignum, *Prov. 18.*

Nunquid nō paucitas dierum meorum finietur breui? dimitte ergo me ut plāgam paululum dolorem meum, Iob. 10. ver. 20.

Occupatio magna creata est omnibus hominib', & usq; in diem sepulturæ in matrem omnium Syr. 40 ver. 1.



Honora Patrem tuum & Matrem tuam, ut sis longæuus super terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Exod. 20. ver. 12.

Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. 1. Iohan. 4. v. 9.

HOMINIS ERGA DEVM GRATES.

Vive & vere Deus celsi moderator Olympi
Laus tibi pro meritis sit sine fine tuis.

Inter spurcæ urinæ humentes atq; meatus;
Fœtida tùm circum stercora natus Homo.
Et miseras genetrix quem flens effudit in auras,
Quiq; suum cœpit principium à lachrymis.

Sese posse negat meritas tibi reddere grates,
Grates quas igitur poterit, ecce dabit;
Semper honor tuus ore suo laudesq; sonabunt
Ipsi, quò æthereus spiritus ossa reget.

Cætu cum sancto sancto modulamine cantans
Aeternum grates, mente hilari resonans;
O Sanctus Zebaoth, Sanct', Sanctissime, semper
Qui Pater omnipotens & sine fine Deus.

L

A *sit, singularum istarum facultatum actiones & operationes enucleando, enarratur, brevissimis.*

Naturalis facultas.

Naturalis facultas in specie (omnes enim naturales) sic dicta, sanguinem spiritu naturali refertum, in primario actionis suæ viscere, hepate scilicet producit, quo universas corporis partes ob innatam ipsis attractricem, concoctricem, retentricem, & expultricem vim, nutrit, & ad tempus auget, & se alimentorum, cibi & potus, suavitate oblectat, quibus etiam quod à corpore diffluxum resarcit, & restaurat.

Vt Partes alimenta concoquant.

Nam alimenta εὔχυμα, εὔπεπτα, εὐόρεκτα debita quantitate, κόρεμα γὰρ τροφῆς : ὑγίεα, pro ut fames & sitis, quæ tristis oris seu cordis ob nervos circulares ventriculi sunt sensus appetit, ore sumpta à dentibus aliàs modulationi vocis servientibus, vel in edentulis, gingivis dentes obvallantibus effracta, ac ob tunicæ caloris stomachiq; oris unitatem saliva perfusa, alterata, præparata, motu tàm ventriculi proprio quàm linguæ ea assiduè in ore transferentis, & faucium, per sinistrum os in ventriculum detruduntur, & ingeruntur, ac in eo contracto & orificijs clauso complectuntur, & tamdiu detinentur, quousque prima concoctione in chylum album, ptisanæ cremori non absimilem, convertantur, qui chymus postea per pylorum in intestina omento fota, propellitur, ex quibus meseraicæ venæ intra mesenterium, quod intestina invicem & dorso etiam alligat, innumeræ latæ, eò biantes, elaboratiora exugunt, & ramo mesenterico apportant, ubi radices lienis crassius adhuc, tenuius verò hepatis, illæ per ramum quidem splenicum, at hæ per portæ truncum pancreati incumbentem alliciunt, & ex eo modò secunda concoctione sanguinem efficiunt. Vegetationis enim organum hepar, ac cuius perenchyma, cum sanguine & spiritum naturalem procreat, & venis virtutem irradiatione quasi elaborandi exactiùs sanguinem (unde chylo venæ meseraicæ, quod sanguinis portio per eas descendat, rudimentum sanguinis imprimunt) communicant. Cum autem sanguis iste hepatis amplexu calfactusq; concoctus, & universæ membrorum reipublicæ nutricatui destinatus, ex diversis gignatur alimentis, ideo heterogeneus est, ac qui ex sanguine tanquam syncero humore, bile, pituita, & melancholia constat, & propterea excessus cujusdam gratia, cum elementis, anni partibus, temperamentis, & ætatibus affinitatem init. Quamprimum autem venarum extrema ingreditur, concoctione tertia alterari incipit, & in capillaribus humor anonymus redditur, qui deinde per partem diffusus, ros, & alteriore coctura, gluten, tandem verò οἰκεῖα τροφή, suam in partis naturam cambiens, & deperditum restituens, cambium fit. Priusquam autem diversæ naturæ attracta concoquit alimenta, ut sibi utile retineat, sæpiùs ea, inutile semper expellendo, purificat. Prima enim concoctione, crassiora, feces, & stercora, à chylo in intestinis ad colon & rectum, protrudit, subtiliora verò & aquosiora per tenuissimas venulas meare permittit, & secundæ coctioni reservat, in qua lien superflua partim per breve vas ad ventriculum, partim per portæ truncum ad inferiora mittit; excrementitium autem atram scilicet bilem per hæmorrhoidales venas vel splenis ad renes pertingentes arterias excernit; at hepar redundantia in cavam venam ablegat, & excrementum flavam bilem, cystæ fellis ingerit, & per porum bilarium, cui & ex cysta aliquid affluit, ad duodenum segregat, quæ intestina permeans, fæcibus alvi permiscetur, & earum excretionem, irritando naturalem facultatẽ molitur, quæ tùm perficitur, cum fæcum pondus gravans, animalem intestinorum exuscitat motum, musculis qui abdominis adjutus, sphinctere resoluto, stercora deponit. Tandèm venæ etiam ut à renibus inutilis liquor, qui fluida sua salsedine ad extrema sanguinem vehere potis erat, serum scilicet ac sanguinis excrementum, emulgentium venarum beneficio attrahere permittunt, ex quibus per ureteres ad vesicam, in qua colligitur, defluit. Sic in tertia concoctione etiam purificatio adhuc fit, dum menstruus sanguis sordes sudores & alia per insensibilem pororum transpirationem secedunt, & expelluntur.

Concoctio 1.

Concoctio 2.

Hepar sanguificationis instrumentum.

Concoctio 3.

Excrementa actionum à naturali facultate dependentium.

Excremen: primæ Concoctionis.

Excrem: secundæ Concoctionis.

Excremen: tertiæ Concoctionis.

Quia autem vita hominis decursus est temporaneus, & verum quod Aristoteles cap. 18. de vit: & m: dicit; νεότης δ' ἐστὶν ἡ τοῦ πρώτου καταψυκτικοῦ μορίου αὔξησις. Γῆρας δὲ ἡ τούτου φθίσις, ἀκμὴ δ' τὸ τούτων μέσον. Ideo Homo tandem ad justam magnitudinem succrescit. Auctrice naturalis facultatis vi, ac qua majorem corporis quantitatem efficiendo, plus quam à corpore secessit, ex alimentis apponit. Verùm cum ossium, quæ præcipua sunt pars ad quorum augmentum totum augetur, humiditas, à calore temporis defluxu absumatur, & illa ad extensionem inepta reddantur, ut vis ista sopiatur necessum, unde plerunque ad annum saltem 25 vigere persentiscitur.

Vitalis facultas.

Vitalis facultas pro principali viscere corde utens, spiritus calorisq; influentis vitalis, generativa est, quibus insitum omnium particularum calorem recreat, se naturali sanguine & aëre sustentans, pathematisq; moderatis oblectans. Nam sanguis naturali spiritu plenus, è radicibus hepatis ad venæ cavæ ascendẽtem truncum delatus, magna copia in cordis ventriculũ dextrum, in quem amplo orificio hiat, se ingerit, & in sinistrum ventri: per septum cujus gratia etiam [illegible]ilatur, transudat, ibidemq; virtute cordis attracto aëre confunditur, & influente calore spirituq; vitali impregnatur, qui postmodum per arterias, ut calor nativus quantum fieri posset in sua temperie conservetur, & partes præ putredine muniantur & vivificentur, in totum corpus protruditur. Vnde ut cor tales edat effectus, perpetuò movetur pulsatq;, at ne ingenti veluti flamma exardescat, sanguis vitalis redditus, ubiq; non modo pabulo sed & refrigerio, aëri nimirum indiguit. Fertur autem aër & manifestò per os nares & asperam arteriam respiratione, & insensibiliter per totum corpus pulsu, utrinq; diastole dilatatione & systole contractione, cum intermedia quiete, stimulante necessitate, & facultate idonea instrmenta movente. Nam respiratio fit, dum thorace, beneficio eius musculorum, dilatato, pulmones vacui fuga etiam explanantur, aërem calidum & fuliginosum exspirando; Pulsus verò perficitur dum cor fibris rectis in pulmonibus alteratum aërem per arteriam venalem in sinistrum ventriculum suum diastole attrahit, & systole fibris transversis per magnã arteriam vitalem spiritum, & per eandem venalem arteriam fuligines ad pulmones extrudit, quæ sanè pulsica vis in arterijs aquè viget, cum ea dilatatione, per orificia pertingentia cutim aërem alliciunt ambientem, contractione verò fuliginosa expellunt trãspiratione. Verùm non sufficit, ab arterioso seu vitali sanguine fuliginosa ista secessisse excrementa, sed & ut serum sanguinis istius in arterijs vehiculũ officio, si sit functum suo segregetur necessum, quod renes per arterias emulgentes præstant. Permiscetur autem ibidem naturalis sanguinis sero, & ex renibus per ureteres in vesicam delabitur, cui si oneri molestum, resoluto ejus spinctere, ex ea per uretram effluit, & coctionis secundæ excrementum urina esse statuitur. Hinc vitalis hujus facultatis actiones, & facultati naturali in spiritus vitalis, arteriosiq; sanguinis generatione purificationeq; & animali in pulsuum affectuumq; moderatione, quodammodo participare videntur; at quia cor peculiare corporis medium occupans membrum, & spiritus in eo procreati, diversi, sicq; instrumentis, & sede à reliquis differentes, meritò distincta ea facultas prædicatur, quæ ut diximus aëre optimo, ac sine quo ne momentum animal vivit, conservatur, & animi pathematibus, si quidem cor irascibilis seu θυμοειδὴς facultatis sedes, gaudio scilicet ira amore tristitia metu, &c. afficitur, utq; dexterius animal degat agitatur. Cum autem vocis actio omnium animæ actionum ferè principalissima sit, & præcipuè thoracis viribus edatur, sanè intactum præterire non potest, quin pulchram & jucunditatis plenam divini istius operis, quod sapientissimus Conditor, in instrumentis sonum & vocem efficientibus adhibuit, contemplationem consideremus. Formatur vox, ac significativus sonus, ex sono; sonus ex repercussione in duriusculo asperæ arteriæ capite ab aëre facta. Nam si efflatu mediantibus thoracis abdominisq; musculis exspiramus, tùm aër iste præparatus in arteria aspera, ad eius caput durum seu laryngem impellitur, magnaq; vi & impetu per rimulam angustam glottidem scil: extruditur, ita ut voluntas si nobis, vocem edendi est, tùm musculis laryngis adjuvantibus ad uvulam vocis plectrum repercussus, sursum fertur, & ad palatum dentesq; allidens, lingua ut vox & loquela perficiatur, adjuvatur. Miraculum certè ter. opt. max. Dei in voce formanda, & sermone fundendo, ac quæ mentis cogitationum nuncia sunt, nunquam mortalibus nobis satis pensitandum.

B

Vti ex naturali sanguine, vitalis reddatur.

Aer vitalis sanguinis & ipsius cordis refrigerium.

Aër, & respiratione & pulsu ducitur.

Respiratio ut fiat.

Pulsus ut fiat.

Excrementa Vitalis facultatis.

Convenientia & discrepantia huius facult: cum reliquis.

Vox quid.

Vrina quid.

Animalis cognoscens & appetens facultas, sensus & motus effectrix est, cujus organon cerebrum præcipuum. Conservatur autem somno & vigilia, motu & quiete, nec non suorum objectorum suavitate eximiè reficitur. Nam sanguis venosus & arteriosus per jugularia & carotida vasa sinubus infusus, & in eorum ramis per cerebri parenchyma sparsus præparatus, tandem in cerebri ventriculos descendit, quorum vi è tenuissima & spirituosa eius parte, spiritus procreantur animales, qui per medullã in nervos & singulas partes influentes, in organis aptis sentiendi movendiq; facultatem exuscitant. Sensus & extrinsecus & intrinsecus est, circaq; qualitates sensiles è realibus, spiritales effectus, occupatur, quæ si ac obiectum per aliquod medium, organo spiritibus pleno accommodo offeruntur, tùm & recipiuntur & cognoscuntur. Hinc quia virtute objecti per medium sensus afficitur, ideo ob receptam in organo speciem seu imaginem ipsa anima pati, & si illam dijudicat modò agere observatur. Sunt autem exteriorum sensuum quinq;, 1. Auditus est, eius organum auris, objectum sonus, medium aër & aqua. Nam sonora ex duorum solidorum corporum collisione excitata qualitas, & vel per aërem, vel per aquam sphæricè diffusa, & aure anfractuosa tortuosaq; excepta, ac introrsum in angustum collecta delata, attactu, in auribus similem sonum causando, sensus potentiam in actum deducit. Quamprimùm enim sonorus hic externus aër, in primo antro coarctatus, intromittitur, myringam impingit, & tria auditus ossicula movet, internumq; aërem afficit, qui per reliqua antra nervum spiritu auditivo turgentem attingit, atq; auditionem causat. 2. Visus est, eius organum oculus, objectum color luce illuminatus, medium aër vel aqua. In hujus rotundam diaphanam incoloratam & crassam corneam tunicam, species

Animalis facultas.

Sensus seu cognoscens animalis facultas.

Sensuum exteriorum 1. Auditus.

2. Visus.

A

species visiles impingentes, in illius humore subjecto aqueo mox refragantur, quæ refractio in humore crystallino reiteratur, cum per uveæ tunicæ, versicoloris corneam tunicam versus, at crystallinũ humorem nigræ, foramen, pupillam scil: luce clara angustius, tenebriosiore verò amplius reddi potentem, species ingressa sit, ubi ad vitreum tandem humorem species in unum punctum radij collecti, ipsimet imaginem visui offerant, afficiendo nervum opticũ. At crebras per radiorum in varijs diaphanis refractiones, tandem speciem visibilem stabiliri, perspicilla seu specula, in quæ imago per aerem lata tenuiorem, ac crassius quid refragatur, declarant. Vt autem plurima videantur, natura non solùm capitis motus, sed & ipsius oculi, qui propriorum musculorum vi, attolli, deprimi, ad latera duci, & rotundari potis est, ordinavit; 3. Olfactus est, eius organum nasus, objectum odor, medium aër & aqua. Nam odora qualitas à substantia odorifera, aëri vel aquæ circumstanti communicata, medio eorum ad nares defertur, & in ijs coangustatur, quod si superiora versus trahatur, os cribrosum permeat, & mamillares processus (qui ob finem eorum etiam nervi esse agnoscuntur) movet. Videtur autem sensus hic medius, quasi sensuum ac qui non nimium à se remota, ut auditus & visus, nec nimium proxima, ut gustus & tactus percipit; 4. Gustus est eius organum lingua, objectum sapor, medium pellicula porosa & imbuta saliva linguam obducens. Nam sapida substantiæ qualitas, per pelliculam hanc humidam linguæ carnem ingreditur, & in eam diffunditur, quousq; nervos eius species spiritalis gustatorios afficiat; 5. Tactus est, ejus organum membranæ corporis, objectum qualitates tangibiles, medium membranarum superficies. Verùm cum membranæ undique sint, & nihil non in corpore membraneum, itaq; tangendi hæc potentia latissimè patet, & tamẽ ob spiritalem qualitatum alterationem, quæ uniusmodi in tangibilibus qualitatibus est, una existit. Vnde spiritali tangibilis cujusdam qualitatis specie, membranosa cute, medio epidermidis exterius, vel reliquis membranis interius recepta, illa, afficiuntur nervi, per membranas variè dispersi. Vt autem externi hi sensus non substantias aut materiales recipiunt qualitates, sed saltem sine materia, imagines formas seu rerum species, ita has easdem sensus interni, communis scil: phantasia memoriaq; cognoscunt, quorum organum cerebrum est, objectum, spiritales qualitates, medium ipsi externi sensus. Nam quæ externi sensus recepêre, ea sensui primo seu communi repræsentãtur, à quo & cognoscuntur, & quomodo invicem differant dijudicantur. Centri enim ad quod quinq; sensus ac 5. lineæ deducuntur, rationem gerit. Vnde etiam objectorum privationem seu absentiã percipit, & singula phantasiæ offert, quæ phantasia diligentiùs ista examinat, diutius retinet, & memoriæ communicat, cujus gratia, quod præsens non amplius est, repetit, siquidem nil nisi objectum, quod externos movet sensus, imaginamur. Memoria ergò à phantasia sensim sibi modo imperceptibili impressa, plurima etiam, semper reservat, & tàm fideliter custodit, ut jam longè præterita iterum apprehendere, & sicuti perceptum erat, vel promptè suggerere, vel ex alijs & sic reminiscentia colligere possit. Verùm cum id quod caret alterna requie durabile non sit, & illa continua & irremissibili actione spiritus animales consumi, & sensus defatigari contingat; ideò animali, somnus, qui naturalis sensuum maximè communis cessatio est, ac refectorium, obrepit, dum scilicet ob dissipatos spiritus & salutis animalis periculũ, cum primis aere luce solis absentia infrigidato, natura restaurationem meditatur, revocans, interiora versus, exterius dispersum calorem ut eius vigore, suaviores ex alimentis anathmioses eliciantur, quæ ad cerebrum delatæ, & in eo illius frigiditate condensatæ, decidendo rursum nervorum principia quasi oppleant, & sic ne animales spiritus sensuum organa influant, calor item spiritusq; vitalis in cerebrum non ingrediantur impediat, & somniare animal permittat. Denegatis enim spiritibus, membra concidunt, sensuumq; operatio intermittitur, quousq; abditus calor, absoluta concoctione & spirituum generatione sese iterum diffundat, & vapores istos, spiritibus liberam pro influxu viam intercipientes, discutiat, ut ejus gratia animal expergiscere, & vigil suas operationes reiterare valeat. Sanè præstans hæc animali concessa facultas cognoscens est, præstãtior autem redditur ea facultate, quæ hanc sequitur, appetẽte scil: ac quæ ob bonum à sensibus receptum & judicatum, animal vel totum vel aliquas eius partes de loco in locũ, ad prosequendum illud movet. Motus ergò hic spontaneus in actum producitur, cũ objectum externum sensibus exterioribus oblatum ab interioribus ac bonum (malum enim ut fugiat, appetitui etiam bonum) discernitur, & illius amore vel odio appetitus incitatur. Nam opinione boni futuri, spe ducimur, mali at futuri, metu angimur. Bonum illud si consistit in desiderio, cibi & potus, cupediarum; rei venereæ, libidinis; requiei, pigritiæ; honoris & gloriæ, ambitionis, divitiarum, avaritiæ; vindictæ, iræ in excandescentiam odium vel inimicitiam exeuntis, &c. Malum verò si instat & exiguum est, verecundiæ; si exactius, timoris; si perdurat, formidinis; si corpus concutit, terroris; si mentem percellat, pavoris; si ulterius procedat, consternationis &c. causa est, præsentis boni opinione voluptate & delectatione afficimur, at mali præsentis dolore & ægritudine commovemur. Bonum istud cum parvi est momenti, jactantiam; si paulò utilius, gaudium; si arduum, lætitiam: hoc, malum, si mentem premit, angorem; si cruciat, dolorem; si cum labore est, ærumnam; si cum molestia & cogitatione, sollicitudinem; si cum fletu, lamentationem; si cum ejulatu, mærorem; si cum alicujus interitu, ructum; si cum nulla meliorum expectatione, desperationem; si cum amici sinistra fortuna misericordiam; si cum inimici prospera fortuna, malevolentiam livorem & invidiam parit. Affectibus his, ac quorum seminaria in corpore, undiq; nascuntur, cupidinis scil: à pudendis, cupediarum ab orificio ventriculi, iracundiæ à corde &c. appetitus instigatur, cui appetitui morigerando, tum animales spiritus per nervos in totum influentes corpus, facultatẽ musculorum motricem exsuscitant, ita ut musculi pro-ut opus, sese vel contrahant, vel relaxent, & ossa quibus implantantur, cum omnibus partibus adjacentibus transmoveant, idq; tamdiu quamdiu appetitus expetit. Vt autem sentiens, studijs & vigilijs, ita & hæc appetens actio agitatione & motu debilitatur, & propterea ut illa somno, sic hæc quiete, ac salutari therapeia refocillatur, siquidem saltando, equitando, gestando, ambulando, currendo, jactando manuum labore frictione &c. introducta lassitudo requie abigitur, & in spirituũ exhaustorũ locum, de novo generati cedũt.

3 Olfactus.

4. Gustus.

5. Tactus.

Vt externi sensus, sic & interni sentiunt

Sensuum internorum 1 Communis est sensus

2 Phantasia

3 Memoria

Somnus quid sit & quomodo fiat

Vigilia quid

Motus seu appetens facultas animalis.

Motus appetitu boni suscitatur.

B

Futuri boni & mali quales affectus

Quales affectus boni & mali præsentis

Affectus ut perficiantur

Quies motionis remedium

Superaccedit autem his facultatibus in Homine longe præstantius quid, nimirum ipsa mens seu anima rationalis, è qua summa ejus dependet perfectio, & cujus gratia, supra omnes elevatur creaturas, ac quæ facultatibus succurrit. Nam sensui, intellectus; appetitui voluntas præest, cum istis, antequam fiunt motus, omnia repræsentantur, ut inde opinionum conflictus oriatur, ex quo victor tandem motrici imperat facultati, cui ea libentissimè obedit. Interim intellectus, quod sanè summopere admirandum, inoffensus ab objectis semper manet, nec tam plura ut non & alia cognoscere possit, capit, ac qui in se reflectens, etiam quod seipsum intelligat noscit. Voluntas verò insatiabiliter scientiam & sapientiam, æternamq; beatitudinem appetit, & entia ab intellectu cognita omnia ut bona perfectissima prosequitur. Etsi verò facultatum harum operationes, cum corporis actionibus nil commune habeãt, quia anima rationalis corporeis non utitur instrumentis; tamen nil in intellectu est, in sensu quod non fuerit; per sensus ergo intelligibilis materia, ut menti suppeditetur, necessum. Quare anima corpori spirituum insitorum vinculo alligata, circa phantasmata quidem ac objectum versatur, & citra præcedentem corporis actionem non intelligit, & sic organis ante propriam actionem opus habet; Per se autem ipsam si operatur, organis sanè indiget nullis, & verè corpori undiq; & singulis ejus partibus indivisa insidet, & per accidens modò phantasmatibus uti, & in cerebro locum habere dicitur. Quanquam inperscrutabilia miranda hæc Dei in Homine opera vix primis degustemus labijs; attamen exigua hac notitia ipsam me inspexisse Deitatem censeo, maximè dum omnium mirabilissimam insuper, qua suam Homo speciem perpetuat, actionem, ipsam scilicet generationem considerâssem.

Anima, sensus intellectu, motum voluntate perficit

Voluntas

Natura Animæ quæ & qualis sit.

De hujus generationis operatione sapientissimus rex Salomon sapientissimè omnium, Sapientiæ 7. versibus septem prioribus disseruit. Nam omnipotens humanæ fabricæ author Deus, protoplasta primus, non fortuitò & casu, sed syzygia maris & fœminæ, Hominem generari voluit, & propterea ipsis sollicitos fervidi prolis amoris stimulos implantavit, & instrumenta maximæ delectationis illecebræ idonea concessit, quò istis & suavioribus storgis, & titillationibus jucundioribus impulsi & incitati, nisu & conamine omni, in speciei propagationem incumbere teneantur. Verùm in utroq; sexu genitale semen ex alimentis quasi in tertiam concoctionem usq; (unde & virtute & mole à toto delabi corpore rectè censetur) alteratis, & in vasis spermaticis cooperantibus tàm minimis crispatim revolutis vasis, quàm glandulosa testium & parastatarum substantia concoctius spirituosiusq; redditis, producitur, quod ψυχῆς καὶ σώματος ἀπόσπασμα, καὶ θερμῷ θειοτέρῳ τῶν καλουμένων στοιχείων, καὶ ἀναλόγῳ τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ plenum, & fœcundissimum totum Hominem anima & corpore producendi, & sic simile animal generandi aptissimum verè est, siquidem semina hæc in utero clauso mutuò coalescentia, & aliquot dierum spatio fermentata, tenui obducuntur tunicula, & proxima fœtus principia efficiuntur, quæ ob animæ mirè intus latitantem πλαστικὸν λόγον, mox stamina & filamenta embrionis omnes partes repræsentantia causant, ita ut Poëta rectè cecinerit,

> Sex in lacte dies, ter sunt in sanguine trini,
> Bis seni carnem, ter seni membra figurant.

Staminibus his indies ab affluente sanguine menstruo, aliàs ad lunæ motum expurgari solito, quia ultimæ concoctionis per mensem, humidæ & frigidæ muliebris naturæ causa, collectum excrementum, augmentum accedit. Nam seminis facultates, animæ quæ potentiæ, essentialiter ei ad actiones corporis ædendas attributæ, per spirituosam vim, fermentatum hoc post conceptionem coagulum, quò quæq; partes fiant, disponendo, & in earum substantiam intendendo, alterant, & eius similitudinem, unde originem

Actio generatrix omnium facultatum ope perficitur

Generatio vtriusque sexus semen requirit

Semen quid

Sanguis mẽstruus quid

Vt ex seminibus fœtus & eius partes generentur

A ginem trahebant, delineando, formant, & simul aquosiore eius seminis parte membranas & vasa, at ex portione puriore ipsum fætum generant. Membranæ chorion & amnios sunt. Vasa, umbilicalis venaa, rteriæ duæ, & urachus, per illa à fætu benignus (menstruorum aliâs materia) matris succus, alimonia scilicet & spiritus allicitur, at per urachum, quod ipsi molestum expellitur.

Vasa fætus umbilicalia

Vena enim embrÿ nutricula simam, fissuram circiter, hepatis partem ingressa, elaboratiorem naturalem, arteriæ verò utrinq; lateribus vesicæ connexæ, & iliacis magnæ arteriæ ramis insertæ, vitalem sanguinem deferunt, qui in fætus nutritionem refectionem & incrementum convertitur. Vrachus seu urinaculum cujus cavitas in homine vix sensilis ex fundo vesicæ pronatum, & juxtà arterias dictas ad umbilicum delatum toto impragnationis tempore serum ab allato sangnine, cum munere sit functum suo secretum evebit, & intra membranas ut meet permittit, sicq; fætus attrahendo retinendo, concoquendo & expellendo nutritur augeturq;, & tandem vivificatur ac animatur.

Tempus fætus formationis

Nam vix formicæ aut tritici grani magnitudinis, septimo à conceptu die ut etiam sexus noscatur, partes eius distinguuntur, qui tamen ut dictum, quadragesimo quinto die modò absolvitur, & vitam recipere creditur, quod tempus duplicatum, nonagesimum motionis diem indicat, tùm enim fætus facie tergum, & tergo ventrem matris respiciens, & globi instar situatus, explicando sese domicilium suum diducere incipit, idq; tamdiu, quousq; triplicatum hoc tempus nonum partus mensem, adducit. Contingit autem, maximè puellis, ut quinquagesimo modò die formentur, unde centesimo moventur, & decimo mense æduntur.

Quæ partum promoveant

At in causa exitus seu partus hujus, est infantis alimenti per tùm marcescentia, & senium contrahentia vasa non sufficienter illabentis, sed superius ad mammas, in quibus in lac convertitur, & pro parvuli cibo reconditur, ascendere molientis, defectus, ita ut infans fortior impetu magno moveatur, & calcitrando acerrimos partus dolores pariat, nec conquiescat, quousq; membranas, quæ quandoq; etiam obstetricum ope solvuntur, disrumpat, ubi humore seu sero contento diffluente,, capite orificio matricis obverso, manibusq; ad latera diductis, vitæ huius cupidus, sese ad partum accingit, & tandem precibus ad Deum fusis, & quibus vis ritè tàm ab obstetrice quàm circumstantibus peractis, matris conanime maximo, doloribus urgentibus ferventibusq; angustissimis mucoso humore imbutis emollitisq;, ac sero defluxo madefactis, & lubricis redditis, nec nō synchondrosibus in regione ossium pubis, & coxendicum sacriq; symphysesi relaxatis, sicq; dilatatis oris, matricis scilicet collo & pudendis, enititur, & ineffabili ratione aëri ac alimentis vesci, suavissimaq; hac luce frui inchoat, quæ antea alterata mater in utero ei suppeditabat.

Quo modo arcto Matricis ore fætus enitatur

Aeditum hunc infantem, secundina, membrana scilicet & vasa insequuntur; à quibus spitamæ portione ad infantis ventrem relictis, & filo duplo acriter constrictis, ac quam proximè juxtà ligationem abscissis liliberatur, quæ portio paucorum dierum spatio marcida & arefacta ad umbilicum per se spontè decidit, at interiora & in ventre parvuli abdita, in funiculos degenerant, vena quidem hepar ne concidat suspendendo, arteriæ verò vesicam ad latera trahendo & sustentando, ubi simul uniones vasorum cordis concindere; ipsa autem vasa ad pulmones lata, munera naturæ suæ diversa, exequi inchoant.

Secundina à qua liberandus infans de his Pa: 19 Col: C D

Modus sanè creaturæ generosissimæ, animalis nobilissimi, Hominis nimirum procreationis & partus, incomprehensibilis inperscrutabilis ineffabilis, ut inde meritò Homo ad perfectionis status & ornatus fastigium perductus, ob proceram & innatam cæteris animantibus negatam staturam & sapientiam omnium cum admiratione perlustretur contempleturq;.

Mira hominis procreatio & essentia

B Hactenus recensitis ut colophonis seu superpondÿ vice tantùm quales natura Hominis lusus proponat, nudè attingendo addam, quò nil desit tractatui, concinnum duxi.

Natura vti cum aliis ludit, ita & cū Homine

Nam etsi omnes ex uno protoplasta Adamo creato, originem sumere noscamus; & certè singula Hominum individua ideali seu specifico conceptu participare intelligamus; tamen accidentium ratione universi simul & seorsim inter sese differunt & distinguntur, id quod sine singulari Dei providentia haud eveniet, ἡ φύσις γὰρ ὐδὲν μάτlω ποιεῖ, & ab vulgò etiam vultuum seu humanarum facierum saltem varietas, cum inter tot myriades, ne duæ unius reperiãtur speciei ac formæ, summè admiratur.

Causæ isti' lusus

Contingit enim Dei permissu, syderum influxu, regionum diuersitate, nec non vitioso in utroq; sexu sanguine, formatricis facultatis errore, uteri indecenti formatione, item ob morbos hæreditarios, libidinem nimiam, indecentem cõgressum, pravam imaginationem, terrores, casum, pravum victum, &c. varios Homines, imò monstra & ostenta generari, quorum quidam defectu aliquo insigniuntur, ut monoculi sciapodes, &c. quidam inconsueta magnitudine vel parvitate pollent, ut gigantes & pumiliones; quidam membro redundant vel deficiũt, ut Hermaphroditi, Acephali &c. quidam humana specie bruti aliquas partes referunt, ut Cynocephali Satyri, &c. quidam planè bruti aut alicujus alius rei, formæ sunt, ut horrenda naturæ monstra, quidam à dæmone suscipiuntur; ut incubi, succubi, &c. incredibilia enim indies oriuntur & historiæ produnt monstra, cumprimis in maritimis ea degere locis ostendentes.

Septuplices homines inveniuntur

At de his plura scribere instituti nostri modum excedit, solùm hermaphroditorum, ac qui inter rariora illa contingentia crebrius generantur differentia, animadvertetur. Noscatur itaq; in hermaphroditis seu androgenis genitalium membrorum conformationem vitiosam esse, ac in illis utriusq; sexus pudendum apparere, quod si cum viris androgenus viribus conveniat, tùm membrum virile ritè locatur, at rimam instar vulvæ, vel sub testibus, vel in medio scroto, vel supra penem, vel in inguine sive dextro sive sinistro, ut quandoque urina ex ea effluat, habet; quod si hermaphroditus cū fæminis viribus participat, tùm muliebre membrum rectè situatur, & penis vel in pectine supra vulvam, vel infra sub vulva, vel in aliquo inguine etiam sine aut cum testibus propendet, quæ membra sæpissimè in subjecto tali tàm perfecta sunt, ut quodvis suo officio fungatur, quandoq; etiam tam imperfecta, ut ex istis neutrum suæ naturæ usus præstet & munia debita peragat.

Qui & quam varii Hermaphroditi sint,

Vt autem eiusmodi Homines generentur, Astrologi maximè certæ siderum constellationi, at Physici seminis viribus, inordinato sanguinis affluxui, qualitatibus, supino decubitui, uteri cellulis (quæ tamen non sunt) item conceptu octavo post menstruorum fluxum die facto, &c ascribunt.

Hermaphroditorum generationū causæ.

At his relictis, ac quæ hujus loci non sunt, nobis sufficiat novisse, quod Deus è limo nos creaverit, & spiraculum vitæ inflaverit, & maris feminæq; conjunctione, hactenus speciem Hominis in individuis conservaverit. Nam quã sapiens Deus, qui ex argilla, fibras membranas carnes venas arterias nervos ossa cartilagines vincula viscera & organa formavit? quam bonus Deus, qui omnia hæc, substantia figura magnitudine numero structura & situ convenientè disposuit? quam potens Deus, cui universa sanguifluentibus pnevmagogisq; cuniculis irroravit, & minima quæque immortali anima ornavit? tanta invicem conspirationis, ut nullum in alterius subsidium extrema non tentet. Hæc nosse sufficiat, & hortamento sint, ut immortales immortali Deo gratias agamus. Dixi.

Vsus hactenus enarratorum

ΕΠΙΛΟΓΟΣ

CATOPTRI MICROCOSMICI HISTORIÆ MICROCOSMOgraphicæ annexus.

Homo est vniversum. — *Ortus seu propago Hominis.* — *Partus Hominis.* — *Effectus & operationes Hominis.* — *Sensus 3. interni quid valeant.* — *Sensus 5. externi quid valeant.* — *Intellectus operationes stupendæ.*

COlophonem Catoptro imponens exclamare audeo, motus crebra Catoptri inspectiōe, nil Naturā (Deum) Homine produxisse maius, nil dignius, nil admirabilius, cū eius mole parua magnū Mundum scibile omne, & seipsū concluserit, & ut stupenda agat, ipsi permiserit Quid enim tota in Philosophia interiores animi recessus pensitarenti maius, quam per nostræ generationis principia, quæ vix seminis vtriusq; sexus, aliquot cū pauco sanguine sunt, guttulæ, Embrionē fœtū & Hominē tam diversi generis partibus, varijs actionibus & officijs destinatis, conspicuū, etiam in vtero, intestino recto & vesica, stercoris & vrinæ conceptaculis, munitum, pronasci animadvertere? Quid maius quam huius Hominis argillæ modo formati, Vitali spiritu donati, aquis innatantis, & tanquam in ergastulo contenti, ac compedibus ligati infantis, exangustissimi orificij vtero, Diuinam & omnem miraculum superantem extractionem & partum cognoscere? Quid maius quam ex hoc Homine omnem intellectum effugientes contemplationes sapientes, mirabiles actiones & laudabiles virtutes enatas intelligere? Nam auxiliantibus externis sensibus, interni, Cerebro ac Instrumento proprio, maxima operantur; & certè sensu communi ac centro ab externis in Circumferentia quasi constitutis, obiectum Colorem, sonum, odorem saporem tactilemq; qualitatem momento apprehendere, phantasiæ offerre & dijudicare, inexplicatum; Phantasiā, imaginatione singula à sensu perceptorum Communi accidentia fortiori, Memoriæ ipsi rursum suggerere ea, quæ potis erant imprimi inexplicatius; Memoria plures quæ Phantasia obtulerat species vno vel diverso tempore conseruare, & ad nutum tam per se quam reminiscendo depromere, inexplicatissimum. Sic vicissim externi instrumentis edunt proprijs, internis auxiliantibus sensibus proculdubio nō minoris admirationis actus, siquidem, oculis tanquam Animæ speculatoribus ceu Palinuris; per multa remota millia milliaria momento videre & plurima simul conspicere mirabile. Auribus ac porta mentis doctrinam & institutionem intromittere & è longinquo sonos percipere mirabilius; Olfactu Gustu Tactu à noxijs nobis caveri, iucundiora autem prosequi, eorūq; gratia de loco in locum movere posse corpus, mirabilissimum De Intellectus enumeratis sensibus præsidentis effectibus, qui & stupendi & diuini videntur cogitans, cō citatus stupore teneor, prægustans in superioribus facultatibus, si quis HOMINEM qui vitæ hæres æternæ, sacerdos iustitiæ & sanitatis custos constitutus est æstimare vellet, incassum laboraturum & onus sibi portando gravius impositurum fore.

Miserior hominis status. — *Eccl: 2.* — *Calor natiuus & humidum radicale, assimilatur vino & aquæ.* — *Modus quo mors ingruit.* — *Peccatum causa miserioris status mediante diabolo* — *Mors quid. Sap: 2. v. 24.*

At at quò vehor! quò mea mens fertur! Nonne HOMO cuius cuncti dies doloribus & ærumnis pleni sunt, & qui per noctem non requiescit solus, Fortunæ ludibriū est & eius globulum sine sede incertè vagantem imitatur! nonne animo & corpore inconstans, vtriusq; morborum insultus vndiquaque illatorum sufferens, nec legitimum, mente sana in corpore semper sano, vitæ terminum adipiscens? nonne mutabilis Homo & in hac fragilitate ob primordiorum caducitatem mortalis! Nam Calor nativus seu spiritus insitus indies primigenium seu radicale humidum depascendo, ætatis tandem decursu & inclinatione, illud tanquam Pabulum ex toto absumit, corpusq; exsiccat; & quanquam in absumpti humidi locum, semper quid reponatur, tamen id multò fit deterius, & se vt aqua ad vinum quod eius permixtione magis magisq; debilitatur, & tandem omninò aqueum redditur, habeat, necessum, vt hic Calor qui vitæ etiam interitus sit causa Dum enim Calor instar flammæ in lychno oleū absumentis, humidum conficit, sanè deficiente eo, ipse extinguitur, ac cui sese vt sustentet, amplius nihil suppeditatur, vt inde & Mortem quæ nil aliud quam Caloris extinctio est, obrepere videamus.

Vera hæc sunt, proh dolor, nec inficiari possunt. Nam invidia diaboli, O ærumnæ! Mors introiuit in orbem terrarum, & ob peccatum omnis in vnum redundavit Hominem miseria, ita vt eum Animalium quasi miserrimum esse sapientum plurimi animadverterent, Et sanè Poëta rectissimè cecinit;

Quid nisi fætor HOMO est? fætores inter in alvo
Gignitur & latitat, tenerè fætente favissa
Eruitur fætens fætores eiicit ex se
Corpus inane Animæ, tandem fætore maligno
A se abigit cunctos & cum fætore sepulchro
Fætenti infertur.

Vera dico hæc, imò verioribus veriora, siquidem

Forma, Color, Vires abeunt, ceu Lilia, sed Mens
Luce Deifulgens non peritura manet.

Misera diabolo causatus Hominis status per Christū in statū felicissimum conuertitur Coloss. 3: v. 9. & 10. — *Galat: 6. vers. 1. Rom: 8. v. 11.* — *1. Cor. 6. v. 19. Rom: 14. v. 9. 2. Cor: 5: v. 6.* — *2. Cor: 5. v. 8.* — *Finis huius operis primarius.* — *Vnicum Hominis votum quale esse debeat.*

Hominis enim melior portio, ANIMA, verè Divinitatem sapit. Nam vt Phocil: ait; ψυχὴ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός. Vnde Mentis Lanx, nunquam eximiam Hominis astu Diaboli seducti quidem, at pretioso Christi sanguine redempti, excellentiam librabit dextrè, cum is Homo veteri expoliato, Hominem novum induerit, renouatum in agnitione (Dei) secundum imaginem eius, qui creauit eum & spiritualis factus, seipsum ne tentetur consideret, insuper membra eius templum sint spiritus sancti qui in ijs est, imò spiritum adoptionis filiorum Dei acceperit in quo clamat ABBA Pater, & vas existit misericordiæ Dei, quod in gloriam præperauit, vt in eo ostenderet diuitias gloriæ suæ, Tanta inquam nullus Hominum omnibus convocatis sensibus, debitè æstimabit vnquam. sapiētia enim hic profundissima, inperscrutabilis potentia, Vtilitas incomprehensibilis, suavitas amænissima, Hominis excellentia admiranda. Deus enim qui Deus est viuentium creavit Hominem inexterminabilem & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum, & primus Homo in Animam viuentem factus, novissimus verò in spiritum viuificantem Vnde siue vivat siue moriatur Homo, Domini est, & dissolutus cum Christo viuit, siquidem ipsi viuere Christus & mori lucrum & bonum si peregrè à corpore abesse confidit, & apud Dominum præsens esse, quia scit, quoniam terrestris domus huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem à Deo habeat domum non manufactam sed æternam in cælis. Quod enim seminatur in corruptione, surget in incorruptione, quod seminatur in ignobilitate surget in gloria, quod seminatur in infirmitate, surget in virtute. Quare vt Mortis destinato tempore cuiuis Homini certæ, horam incertam, Deus in Christo Iesu per spiritum sanctum beatam faxit precandum, quò in Novissimo dum tuba canet, incorrupti resurgamus, & æternùm cum Mortale induerit immortalitatem, & vltimus (Mors) inimicus destructus, inq; victoriam erit absorptus, Diuinæ inhabitantes sapientiæ Adyta viuamus, in quibus adytis Mysterium hic in tempore iucundioris totius vitæ & necessarium & vtile, oculis verè philosophicis, cum Cæli sublimibus & Maris profundis per transennam ipsum Deum Archetypum in nostri corporis fabrica, ineffabili ambrosia contemplantes, primis saltem labiis degustatum, ex nobis ipsis sapientiam discendo, tantisper admiremur, quo vsq; præter infinitum Macro: & Microcosmicum trin-vnum bonum in omnem æternitatem admiremur amplius nihil.

Infinito Patrono & Promotori huius Catoptri æterno,

DEO MAXIMO TER OPTIMO, CVIVS NOMEN IN OMNE ÆVVM BENEDICTVM ET LAVDATVM SOLVM,

AVTHOR

Gratias agit & vota solvit.

CATOPTRO præsente Diuino subsidio constructo & polito, eius promotori & patrono, Deo sapientissimo vt tam pro manu auxiliatrici gratias agam, quam quò speculum destinatum finem consequatur Vota solvam conuenit.

Iob: 10. v. 9. & seq.

Quare immortalis Deus, Trinitas sanctissima, vera & æterna vnitas, Alpha & omega, principium & finis, primus & nouissimus gratias tibi dico totis viribus maximas, quod pro immensa tua misericordia, inexplicabili clementia, inæstimabili charitate & inexhausta bonitate, HOMINEM, vt in eius mirabili fabrica, tanquam speculo nititissimo, Maiestas tua diuina, sapientia incredibilis & Potentia incomprehensibilis resplendeat produxeris, nec non etsi ob inobedientiam & tui mandati neglectionem, supra sese, excedentem omnem & humani captus & eloquendi vim accerserit miseriam, attamen largitam primitùs dignitatem & eam subsecutam infinitam Miseri miserationem, effeceris, vt omnium sapientum industria, in eo ne minimum intellectu percipi vel eloquio explicari posit Nam tu Deus Hominem ex luto fecisti, & argillæ in modum formasti, imò lactis in morem fudisti & casei ritu coagulasti, tuis manibus elaborasti, cute & carne induisti, ossibus & nervis compegisti, vita donasti, beneficijs affecisti, tu ipsi spiritum ex gratia servasti, & tua cura sustentasti.

Tibi ergò Omnipotens Creator, Pater & Deus, ante omne principium æterne, grates ego dico, quod meum corpus, quò nil fortuitum se ingesserit, sed omnia inimitabilis effectoris opus referant extruxeris, & Anima à tuo spiraculo propagata donaveris, nec brutum, sed ex multa & copiosa charitate, creaturam tua imagine decoratam, Hominem & anima rationali & Corpore manco nullibi creaveris. Tibi Iesu Christe, fili Dei viuj, qui Imago & splendor æterni patris grates dico, quod pro me misero, Imagine Dei exsuto & diaboli larva induto, perdito, tibi inimico Homine, ineffabili puraque dilectione ac æternum Dei Verbum non virili quidem semine sed mystico spiramine caro fieri & in ea sanguinem sudare, constringi deduci, accusari, damnari, conspui, cachinno excipi, percuti, vulnerari, flagellari, coronari, contemni, quasi vermis ECCE HOMO tractari, imò tanquam opprobrium Hominum in latronum medio artubus perforatis crucifigi, & amaram talem mortem pati volueris, quò gloriosè resurgendo, chirographum legis adversum me, cruci illud affigendo deleas, & innocens innocentiam justissimam, patris iram sedando, nocentissimo mihi referas, & introitum Cæli portam reserando, in cælestem beatitudinem concilies. Tibi spiritus, sanctissime Deus, à patre & Filio procedente & misso, inseparabili essentia coæterno, grates dico, quod me ex mero & incomprehensibili amore, in vnitatem fidei congregare, & te-ipsū meæ animæ infundere & meo corpore pro tua habitatione vti dignatus fueris. O Magnificentissime Deus, quis loquetur potentias tuas & mirabilia opera tua annunciabit? sanè nemo est, qui beneficia tua recensere queat. Nam Creator maxume te dante colligimus, & aperiente te manum tuam bonitate implemur. O Redemptor optume te liberante evadimus, & te lythrum solvente, æterna beatitudine fruimur. O sanctificator vnice te pignus constituente terrores sustinemus, & te consolante carnis metus sufferimus, Deus Trismegiste, quam magnificata sunt opera tua, valdè profundæ sunt cogitationes tuæ, Tui sunt cæli & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti & non est similis tui in Dijs Domine & non est secundum opera tua.

Quare pro talibus & alijs innumeris benefactis, tibi gloriæ Regi, miser ego, gratias non quidem debitas sed possibiles, cordis mei suspirijs funde re annitar, sine inter missione Deum meum celebrans & non obliviscens beneficiorum. Effice quæso summe Deus, Patrone operis huius benignissime, vniversos huius Catoptri & sic suijpsius contemplatores, vt Creatorem per creaturam videant, & Factoris sapientiæ totaliter se gubernandos committant, & intra se te Deum in conspectu perpetuo habeant, & tibi vera dilectione adhæreant, hic per gratiam quidem conjuncti, in cælis verò per gloriam addicti: Concede quæso Catoptri spectatores illuminatis intellectus sui oculis, quæ spes hæreditatis ipsorum sit, inde cognoscere, & ex propriæ miseriæ consideratione tuam justitiam & virtutem, quæ radix immortalitatis scire, & cohæredes ac participes fieri promissionis tuæ in Christo Iesu per Euangelium Largire quæso Catoptri huius amatores vt humiliter de se sentientes proximi afflictione commoveantur, & se à tam infinita sapientia gubernari animadvertant, sicque omnes & singuli salutis propriæ cum primis studiosi & obseruatores sint, proximi deîn assidua charitate flagrent & postremo te Deum mente humili respiciant, qui es vt Orpheus Poëtarum antiquissimus cecinit.

Πάντων γενέθλ', ἀρχὴ πάντων, πάντων τε τελευτή, Πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις, καὶ πάντα βραβεύεις.

Benedictus Dominus Deus; Deus Israel, qui facit mirabilia solus, Nomen majestatis eius benedictum in æternum.

Index prior, ex Pinace trium visionum ad vnius partis inspectionem conducentia, inquirenda monstrat.

Index posterior, res & verba Historiæ Microcosmographicæ inscripta, notatu digniora exhibet, in quo numerus antecedens paginam, sequens lineam, intermedia litera majuscula columnam, notat.

Augustæ Vindelicorum, imprimebat David Franck. Anno M. DC. XIX.